relinquebat̄ in re tpali q̄dā tabefactio ⁊ dispositō ad cor-
ruptionē quā appellauerūt. q̄n. Est aūt mōs iste sub h̄
ordine taliter ꝯstitutꝰ. vt nō huiꝰ mentis affectū finga-
mus credētes hāc vitā hoī eē ꝯcessam ꝓ reqe ⁊ habita-
tione p̄rie. sꝫ potiꝰ ex his aduertamꝰ eā eē datā ꝓ q̄dam
nauigio trāseuntiū. ⁊ ad tps pegrinātiū. ⁊ sic cōpellam̄
aliā meliorē vitā credere ⁊ illā desiderare. ⁊ in h̄ mōs est
optime ꝯstitutꝰ. Nā si stabilior foret ⁊ ꝓspa sp daret ho-
minē nimis traheret ad sui dilectionē seu ad se diligen-
dū. ⁊ tūc nihil aliud q̄reret q̄ꝫ qd̄ oculis cerneret ac p h̄
celū pderet. ad qd̄ hītādū factꝰ est. Sꝫ dū vita p̄ns nō
in eodē statu pmanet ⁊ freq̄nter aduersa ꝓpinat. hoīem
quē sic freq̄nter aduersa ꝓpinat. hoīem quē sic frequēter
ꝯterēdo agitat. ad aliū diligēdū cōpellit. vn̄ dic̄ Greg.
Ipe mōs dū tot amaritudinibꝫ cruciat. dū tot calami-
tatibꝫ ingeminat q̄d aliud nisi vt nō amet̄ clamat.

## Sextum remedium. §. IX.

Diuine miseratōnis est ꝯsideratio diuine miseratōis. qr vt dr̄ Greg. q̄sdā hic
deꝰ pcēdo ferit. ⁊ q̄busdā pat vt in ppetuū feriat. sic enī
p iohēm dr̄ Apoc. iij. Ego q̄s amo corrigo ⁊ castigo. Et
apl's ad Heb. xij. dic̄. Flagellat oēꝫ filiū quē recipit. Qua-
re aūt necesse sit dei filios in hac vita flagellari. cā est. qr
nemo est in hac vita tā iustꝰ q̄ nō cōmittat aliq̄ pctā le-
uia q̄ ⁊ si nō mereant̄ penā eternā. necē ē tn̄ ea aliq̄ pena
puniri. qr nullū pctm̄ trāsit impunitū. Misericordit̄ ḡ
agit̄ cū hoīe qn̄ pctā sine q̄bꝫ in hac vita nō viuit p ali-
qua aduersa purgant̄ vt in alia vita a penis libere exi- De cā q̄re boni hic flagellāt̄.
siat. vn̄ dic̄ Greg. q̄ signū miserēdi dei ē qn̄ q̄s culpa p-
petrata mox diuia vltōe punit̄. Est enī magnū argumē-
tū q̄ ad maiora bona illos ꝯseruat q̄s p̄ntibꝫ bonis ꝓ-
uat. qr nisi correptis deꝰ hereditatē dare disponeret. eru-
dire eos p molestias nō curaret. vn̄ dic̄ Sen. in li. de ꝓ-
uidētia. q̄ deꝰ ad bonos viros nō hꝫ aīm maternū sꝫ p̄-
nū. Matres enī in sinu filios fouent. ⁊ eos demulcendo
p inertiā lāguescere faciūt. P̄res v̄o filios laboribꝫ ⁊ ex-
ercitiis agitātes ꝓbāt. vt eruditores fiāt. sic ḡ deꝰ p̄r est
his q̄s p flagella emēdādo castigat. vn̄ dr̄ Prouer. xiij.
Qui pcit virge odit filiū suū. q̄ aūt diligit instāter eru-
dit. vt ḡ deꝰ hos q̄s in filios recipiat erudiat. virga fla-
gellatōis vtit̄. p quā stultitiā colligatā in corde pueri. i.
hois pueriliter viuētis fugat. sic dr̄ in eo. li. puerb̄. Facit
ad h̄ qd̄ habet̄ de pe. di. i. si pctm̄. vbi dr̄. Ab electorum
suoꝝ sordibꝫ deꝰ curat pctōꝝ suoꝝ maculas tpali affli-
ctione abstergere q̄s in eis in eternū nō vult videre. i. pu-
nire. Exemplū in maria vxore aaron pcussa lepra ꝓpter
murmurationē. Ad h̄ figurandū legit̄ Exod. xij. q̄ egy-
ptij laboribꝫ ⁊ molestiis tādiu iudeos affixerūt q̄ eos
cōpulerūt egyptū relinq̄re. ⁊ ad sacrificādū deo desertū
intrare. dicēte sciptura Exo. xij. Urgebāt egyptij pplm̄
israeliticū de terra sua exire. Per egyptū q̄ interptat̄ te-
nebra significat̄ mōs tenebrosus q̄ p mlta aduersa que
aduersū hoīem mittit. eū a se exire facit. ⁊ q̄ ad deū fu-
giat q̄si inuitū cogit. fm illud Grego. Mala q̄ nos hic
p̄mūt ad deū ire nos cōpellūt. Ad h̄ etiā facit illd̄ Osee
ij c. Ecce sepiā vias tuas spinis ⁊c̄. ibi vide ⁊ illud Lu.
xiiij. Exi in vias ⁊ sepes ⁊ cōpelle intrare.

## Septimum remediū. §. X

Cōsideratō diuine pbatōis. qd̄ est ꝯiūctū p̄cedēti ē ꝯsideratio diuine ꝓbatōis. qr de-
us in hac vita aliq̄s felices facit q̄ eos nulla aduersitate
p̄mit vt eos miseros in illa vita ꝯstituat. Nullꝰ ē enī tā
a deo auersus q̄ nō aliq̄ d̄ genere bonoꝝ faciat. ⁊ cū nul-
lū bonū sit qd̄ sua retributiōe careat rn̄det deꝰ ꝓ p̄mio
nō magna bona alterius vite. quia p̄mium nimis exce-
deret meritū. sꝫ ꝯcedit aliq̄ ꝓspa vite p̄ntis. q̄ sūt parua
bona Et h̄ est signū eterne dānatiōis. sic dic̄ Gre. Cōti-
nuus inq̄t successus tpaliū ē certū future calamitatꝫ in-
diciū. De h̄ dei iudicio occulto ⁊ tn̄ iusto. Hieremias cū
deo disputās q̄rit. Quare inq̄t via īpioꝝ ꝓspat̄. bn̄ ē oī- Hiere. xij. c.
bus q̄ p̄uaricāt̄ ⁊ male agūt. plātasti eos ⁊ radicē mise-
rūt. ꝓducūt ⁊ faciūt fructū. ꝓpe es tu ori eoꝝ ⁊ lōge a cor-
de eoꝝ. q. d. Impij ꝓspari videt̄. qr tu deꝰ firmas eos in
tpalibꝫ bonis. ⁊ ī eis ꝓficiūt. si te īuocāt p hmōi acq̄ren-
dis ꝓpe es eoꝝ exauditōi ⁊ a liberatiōe renū eoꝝ longe.
vn̄ hic rn̄det ⁊ p̄cat̄. Cōgrega eos q̄si gregē ad victimā.
q. d. Ad victimā īfernal' pene. velut grex porcoꝝ sūt cō-
gregādi. ⁊ tūc scrif̄icab eos. i. te ī eis vt scūs ⁊ iustꝰ appa-
reas. vlciscēdo te de eis ī die occisiōis eoꝝ. vn̄ Gre. In-
iustꝰ ad debitā mortē currēs. effrenatꝫ voluptatibꝫ vtit̄
qr ⁊ vituli q̄ mactādi sūt ī liberꝫ pascuis relinquūt̄. bn̄ ḡ
dr̄ Sen. ī li. de ꝓuidē. Nihil inq̄t īfelicꝰ eo cui nūq̄ꝫ ac-
cidit aliq̄d adūsi. male enī iudicauerūt dij de eo. Fac̄ ad h̄
qd̄ hr̄ de pe. di. iij. Quid ḡ turbamur. Nemo vidēs ma-
los ꝓspitatē hr̄e. turbet̄. Nō pt malꝰ ī oībꝫ eē malꝰ. sꝫ hꝫ
aliq̄ bona ꝓ q̄bꝫ remūerat̄ tpali ꝓspitate. vt ī alio mōo
plene puniat̄. Exēplū de diuite epulone sepl'to ī īferno.
cui dcm̄ fuit. Recepisti bona ī vita tua. Lu. xvi. Exēplū
etiā d̄ illo vbi hospitatꝰ ē be. amb. vadēs romā q̄ sp ha-
buerat magnā ꝓspitatē. ⁊ pꝰ recessū amb. ⁊ socoꝝ admo-
nitōꝫ eꝰ. absorptꝰ est a terra cū oībꝫ ad se ptinētibꝫ. ⁊ re-
mansit signū ꝓfundissima fouea.

## Octauū remediū ē .§.XI.

De malis effectibus pſperitatis — cōſideratio ignorātie ⁊ cecitatis quā inducit ſtatꝰ pſperitatis. Demētiā mirabilē incurrit hō ꝑ pſperitate arridēte ſibi. qđ foris ⁊ in pn̄ti tm̄ eſt. Hō enī ſenſualis qui nimis in delectationibꝰ ſenſuū delectatꝰ ſoluʒ ad hoc. et nūc mouetꝰ. nō extēdēs ſe ad futuꝝ tp̄s. aut nō putans ꝙ futuꝝ tp̄s aliud ſecū ferat q̄ʒ pn̄s nūc habeat. Et idō more bruti hoc ſolū appꝛehēdit qđ ſentit. ⁊ ſic aliud n̄ nouit q̄ʒ ꝙ ſuis ſenſibꝰ pn̄tialiter offertꝰ, ꝓpter qđ his q̄bus delectādo inheret vehemēter affectꝰ. ea ſola cogitat ſine ſucceſſione ↄ̄rij. Sed in hoc eſt magna hoīs ſtoliditas qui tāto falſitatis errore decipitꝰ nō ↄſiderās ꝙ ea q̄ in tp̄e agantꝰ ↄtrarijs ſucceſſibꝰ immutantꝰ. Carnalis voluptas iuuētutē delectat. ſʒ ſi infirmitas aut ſenectꝰ aduenerit quoꝝ alteꝝ vel vtrūq̄ʒ vitari nō p̄ōt corpꝰ contetit cui mox carnalia aut deſipiūt aut deficiunt. Ecce oſtēſa carnis oblectamēta. q̄ʒ cito hoīem fallēdo derelinquūt. Diuitie hōi ſufficiētiā ꝓmittūt. ſʒ hec ꝓmiſſio falſa eſt ⁊ incerta. Latronū enī inſidijs ac fortuitis euētibꝰ ⁊ ꝑiculis ſubſunt. vn̄ ſuos poſſeſſores deſerēdo fallunt. Frequēter enī ſicut ſacra ſcriptura teſtatꝰ diuitie congregantꝰ in malū dn̄i ſui. tum q2 ꝑ laborē ⁊ ſollicitudinem acq̄runtꝰ. ⁊ cum timore poſſidentꝰ. tū etiā q2 eaꝝ abuſus vtētes ad ꝑnitioſos termīos deducūt. ſicut ſepe docuit expientia. Honores hoīem in ſublime ponūt. ſʒ diu ī alto cū ſtare nō ſinūt. Mōtibꝰ eī valles ſꝑ adiūgūtꝰ. nec mons ſine valle fuit. ſicut nec elati diu ſine depſſiōe manent. Oīs enī q̄ ſe exaltat hūiliabitꝰ. ait ꝟitas ī euāgel'. Generoſa ꝓles claritatē genitori tribuere videtꝰ. ſed frequēter meſticiā adducit ⁊ dolorē. ⁊ vn̄ pr̄ gl'iam ſe habere credit. inde frequēter patitꝰ ignominiā. In cūctis ergo hūana pſperitas hoīem decapit. ⁊ ſe ſl'am oſtēdit. q2 que exteriꝰ ſe hr̄e ꝓ̄tēdit. ꝟaciter ſuis amatoribꝰ non tribuit. Exēplū de diuite cuiꝰ ager vberes fructꝰ attulit. cui dictū fuit. Stulte aīam tuā hac nocte repetēt a te ⁊c̄. Lu. xij. Ibi vide. Et ꝙ facit pſꝑitas hoīem q̄ſi fatuū oñdit Amb. ſuꝑ lucā in dicta ꝑabola dicēs. Sicut q̄ ꝑ inſaniē mēte trāſlata ſūt. nō iā res ipās ꝯut ſūt. ſʒ paſſionis ſue fantaſias vidēt. Ita etiā mēs auari vinculis cupiditatis aſtricta ſꝑ auꝝ videt. ſꝑ redditꝰ cōputat. gratiꝰ aurum q̄ʒ ſolē intuetꝰ ⁊c̄. Et hr̄ diſt. xlvij. ſicut hi.

## Nonū remediū eſt .§.XII

Breuitatis vite — cōſideratio breuitatis tp̄is qđ in aduerſitate cōſpicitꝰ. Tp̄s enī vite pn̄tis breue eſt ⁊ q̄ſi momētū cōꝑatiōe vite eterne. Vn̄ dic̄ Iaco. in cano. ſua. c. iiij. Quid enī ē vita nr̄a niſi vapor admodicū parēs. Et in Eſa. dicente dn̄o ꝓphe ꝙ clamaret. q̄d clamabo inq̄t. Clama. Oīs caro fenū. Fenū q̄dē cito decidit. ⁊ caro breui tp̄e marceſcit In breui ḡ tp̄e diu ꝓtēdi aduerſa nō pn̄t Ex breui ḡ tēporis breuis erit patiētis adūſitas. vn̄ dicit apl's. ij. ad Coꝝ. iiij. Id qđ in pn̄ti eſt momētaneū ⁊ leue tribulatōnis nr̄e ſupra modū in ſublimitate opatꝰ in nobis eterne gl'ie pondus. qđ enī dicit eterne gl'ie pōdus r̄ndit ei ꝙ dixerat momētaneū ⁊ leue tribulatōis nr̄e. Nā id qđ in pn̄ti ē momētaneū ⁊ breue. ꝟtute patiē cōmutatꝰ ī eternum. Q, ꝟo dicit leue ſcʒ ad portādū cōmutatꝰ in pondus glorie q̄ tāto erit ſuauior. q̄ʒto pōderoſior. i. intēſior Felix cōmutatio ⁊ ꝑenniꝰ hec mutatio dextre excelſi de breui ⁊ trāſitorio ad eternū. de leui pena ad īmēſitatem gl'ie ꝑuenire. Signāter aūt ſubiūgit apl's leue ⁊ momētaneū. q2 q̄ʒtūcunq̄ʒ tribulatio ſit breuis in tp̄e ſꝑ tn̄ tribulato deꝰ aſſiſtit vt leuiꝰ tribulatōem ferat. Pn̄tia ergo diuīe ↄſolatōis etiā ipm̄ momētū tribulatōis alleuiat ꝓpter hoc dic̄ apl's. ꝙ deꝰ facit cū tētatiōe ꝓuentū. vn̄ Eſa. xliij. Cū trāſieris ꝑ aquas tecū ero ⁊ flumia nō operiēt te. ⁊ cū ambulaueris in igne nō cōbureris. Tres pueri ſocij danielis ſcʒ ananias. azarias. ⁊ miſahel. q2 noluerūt adorare ſtatuā. miſſi ſūt in fornacē ardētiſſimā. ſed valde modicū ſteterūt. Et etiā ꝓ illo modico nō cōtriſtatus eſt eos ignis ſʒ ꝑfuſi ſūt rore celeſti. Dan. iij. Sic boni ⁊ ſi ponuntꝰ in magnis tribulatōibꝰ. q2 nolūt ſe mundo ↄformare ⁊ iniuſtis p̄ceptis obedire. Modicuʒ durat tribulatio. ⁊ tūc etiā mētaliter a deo ↄſolantꝰ. ſic̄ xp̄o agonizāti ī horto in orōne apparuit angelꝰ ↄfortās eūʒ.

## Decimū remediū .§.XIII

Nobilitatis ꝓprie nature — eſt cōſideratio nobilitatis ꝓprie nature. ad quā exteriora aduerſa nō ꝑtingūt. Aduerſa enī q̄ diuitias tollūt n̄ animi ſʒ fortune bona diripiūt. Nō ḡ hō torqueri habʒ in aduerſis ſʒ potiꝰ debet de aptis inſidijs ſecurꝰ exiſtere. q2 ſicut dicit Sen̄. Munera fortune ſūt inſidie ⁊ q̄ſi viſcata bn̄ficia. qđ enī ſub fluctuātibꝰ bonis fallacis fortune latebat. ſuccedēs mutatio detexit. Narrat Valeriꝰ maximꝰ de craſſo q̄ ꝓpter magnitudinē diuitiaꝝ locupletis nomē accepit. inopia ſubſeq̄nte appellationē dedecoris ſortitꝰ eſt. Nā cū egenꝰ ambularet amara ſuggillatione nō carebat. Ab occurrētibꝰ eī deriſorie diues ſalutabatꝰ. Itē aduerſa q̄ ab honoribꝰ depmūt. nihil ab honorato demūt. nō enī honor eſt in honorato ſʒ in honorātis opatione. Nihil ḡ pdit animꝰ verus q̄ vanitati n̄ cupit inflari. nō enī honor hoī tribuit ꝟitatē ſʒ opiniōeʒ q̄ tāto eſt fragilior q̄ʒto mltitudo q̄ de hoīe opinatꝰ ē mutabilior. Infinitis enī modis aut ꝑſuaſionibꝰ. aut circa rē nō mutatā accidētibꝰ mutatis. vulgi opīo mutatur. Exēplū de xp̄o q̄ dn̄ica in ramiſpalmaꝝ fuit ita honorificatꝰ ⁊ magnificatꝰ in ꝓplo iudeoꝝ. ⁊ ſequēti feria ſexta ita abhoīatus ⁊ deſpectus. ⁊ mortuꝰ ē. Narrat etiaʒ valeriꝰ de q̄dā alio noīe Craſſo. q̄ tāta in cōſolatu claritate refulſit vt ſenatꝰ patronꝰ diceretꝰ. Deinde popl'i opinione mutata ante totiꝰ romani vulgi aſpectū manibꝰ carnificū fuit laceratꝰ. Itē accidētia egritudinū ⁊ incōmoda ſenectutis tm̄ corpꝰ frāgūt ad aīm aūt nō attingūt. Corpꝰ enī inſtr'm eſt aīe. maxīe in acquirēdo ꝟtutē. Nō refert aūt q̄le ſit inſtr'm vel cuiuſmodi materie. dūmō deſeruiat agēti ad effectū ſui opis. Animꝰ aūt ordinatꝰ eq̄ corpe ↄfracto. ſicut ſano vtitꝰ ad ꝟtutē. īmo corpus validū freq̄nter infirmis animis occaſio ruine eſt. vn̄ Ambro. Qđ nocet corꝑi iuuat ſpm̄. egritudo carnis pctm̄ repellit. Luxuria ⁊ pſꝑitas pctm̄ adolet. i. nutrit. de pe. di. iij. Nō ḡ aduerſa q̄cūq̄ʒ pn̄t aīm tāger. niſi qn̄ q̄s in eis īmergitꝰ. vn̄ Sen̄. in li. de ira dic̄. Ut ſuperior ps mūdi ⁊ inordinatior ⁊ ꝓpinq̄or ſideribꝰ nō īpellitꝰ tempeſtate. ⁊ caret tumultu oī. inferiora ꝟo fulminant. Sic ſublimis animꝰ ſcʒ ꝑ ꝟtutē ſꝑ eſt q̄etus ⁊ trāq̄lla ſtatione locatꝰ. Et iō ꝓbat idē. s. in eodē li. ꝙ ſapiēs nihil p̄t ꝑdere. q2 oīa in ſe repoſuit. qđ ꝓbat exēplo cuiuſdaʒ ph̄i q̄ capta ciuitate ſua cū oīa ꝑdidiſſet etiā filios. veniens ad aliā patriā. interrogatꝰ an aliq̄d ꝑdidiſſet. R̄ndit. nihil. oīa eī mea mecū ſūt. Et loq̄batꝰ de ꝟtutibꝰ ⁊ ſciā. In huiꝰ figurā legitꝰ Matth. iiij. Dn̄m xp̄m ſiccis pedibꝰ ſuꝑ vndas ambulaſſe. ad innuēdū ꝙ diuinꝰ hō ſuꝑ huiuſmōi mūdi varios euētus tāq̄ʒ ſuꝑ fluctuātes vndas pedes ſuoꝝ affectuū dʒ hr̄e eleuatos. Hoc aūt hō aſſeq̄tur qn̄ ꝑ ↄtēplationē ad diuīa cōſurgit. Tūc eī aduerſa nō timet. vn̄ Iob dicebat. Pone me iuxta te ⁊ cuiꝰ vis manus pugnet contra me.

## Undecimū reme .§.XIIII

Cōſideratiōis penaꝝ — diū ē ↄſideratio penaꝝ q̄s mūdani hoīes ſuſtinēt ī peccatis adiplēdis vl' tp̄alibꝰ acq̄rēdis. Videmꝰ eī ꝙ hoīes mūdi vt adiplere poſſint ſua deſideria aut aliq̄ lucra dānoſa facere. īfinita ꝑicula ſubeūt q̄tidianis cruciatibus

affligunt̄. mortib9. itinerib9. ⁊ periculis maris. ⁊ latronū se exponūt. ⁊ frequēter ꝯcupita nō aſſequunt̄. ꝫ p9 multos labores quos in hmōi conatib9 habent. cruciatum gehennale ꝓ fructu recipiūt. Vñ dr̄ Eccl. xxi. Via peccantiū cōplanata lapidib9. ⁊ in fine illius inferi ⁊ tenebre ⁊ pene. Ad lr̄am. Via peccatiū est lapidoſa ⁊ difficilis ad tranſcundū. Et termin9 ad quē deducit est doloib9 plenus. Et h̄ est quod dicūt dānati Sap. v. Laſſatiſſumus in via iniq̄tatis ⁊ ꝑditōnis. ambulauim9 vias difficiles. viam aūt dn̄i ignorauimus. Si ḡ tot aduerſa ſuſtinēt ꝓ his noxijs acq̄rendis. ad q̄ frequēter ſequit̄ pena eterne damnatōis. magnū remediū dat̄ iuſtis ad ſuſtinendū patiēter aduerſa ꝓ vita bona ⁊ btā.

Duodecimū remedium.

## Duodecimū reme. §. XV.

dium. est ꝯſideratio irritatōis ⁊ triſticie quam incurrit hō per impatientiā. Vbi ſciēdū q̄ hō habet duplex generale remediū ad qd̄ debet recurrē qñ aduerſa patit̄.

Duplex remediū ⁊ gn̄ale ꝯ impatiā.

Vnū q̄dem est regula ꝓprie rōnis ꝑ quā pt̄ ſuos mot9 ꝯpeſcere. ⁊ infra ꝓprios limites ſe tenere. Debet em̄ homo bonū rōnis ꝑponderare oībus bonis extrinſecis ⁊ vindictis quarumcunq̄ iniuriaꝝ. q̄s tanq̄ magnanim9 debet ꝑuipendere ⁊ a memoria repellere. tunc em̄ in mēte ſua q̄etus erit nulla moleſtia agitat9. vñ dr̄ de Octauiano. q̄ omniū recordabat̄ ꝑterq̄ iniuriaꝝ. Aliud remediū efficacius ⁊ ꝑncipalius est regla eterna q̄ est ipſe deus. Qñ em̄ homo ꝑ ꝟtutē rōnis ſibi nō ſufficit. hūanis ſiq̄dem ſubſidijs vndiq̄ deficientib9. animū debet ad deū leuare. ⁊ ab ipō q̄ ſolus est adiutor in tribulationib9 ſubſidiū petere. Unde malignis mouētib9 ſmones aduerſus iuſtos. ⁊ iacula penetrantia corda. Ps. h̄ remediū ꝑſuadet di. Iacta cogitatū tuū in dn̄o. ⁊ ipſe te enutriet. Qd̄ benelegit̄ feciſſe Joſaphat rex iuda. q̄ audito q̄ multitudo maxima ꝯtra eū veniebat. a qua nullo hūano ſubſidio poterat ſe defendere. totū ſe ꝯtulit ad rogandū dn̄m dicēs. Cū ignorem9 qd̄ agere debeamus. h̄ ſolum reſidui habem9 vt oclos nr̄os ad te erigamus. ij. Paralip. xx. Hoc duplici refugio ꝓuat ſe homo per impatiam. ſ. rōnis ⁊ dei. Nihil aūt hoī piculoſius ⁊ damnoſi9 q̄ irruentib9 adūſitatib9 dare ſe impatientie ⁊ deſpationi. Exemplū in Achitofel. q̄r ex cog non fuit factū ſm̄ ꝯſilium ſuum tanto dolore ꝯſternatus est q̄ ſeipm̄ ſuſpendit. ij. Regum. xvij.

Tredecimū reme diū ꝯ impatiam.

## Tredecimū reme. §. XVI.

diū est ꝯſideratio neceſſitatis patiendi. q̄r al̄r ad regnū dei nō ꝑuenit̄. Vñ dr̄ in actib9 aploꝝ. xiiij. c. Per multas tribulatōes oportet nos intrare in regnū celorum. Magna em̄ bona nō acq̄runt̄ niſi magno labore. aut magno pcio ſeu valore. Ecce vt lucreris rē eternā. maria tranſis. ſpacia terraꝝ peragis infinitis piculis. laborib9. ſudorib9 te exponis. q̄to magis ſi deū ⁊ celum acq̄rere velis. Merito ḡ aliq̄ aduerſitate exercitandi ſumus q̄ tot bona refuamus. vt dicit Greg. Si illic dulcia petimus neceſſe est vt h̄ ꝑus amara toleremus. Et Aug. dic. Quid mir̄ ſi flagellat cuſtodiēs puulos dn̄s q̄s gratia deus q̄rit heredes. Bene ḡ dictū est in Eccleſiaſtico. Vſq̄ in tp̄s ſuſtinebit patiens. ⁊ poſtea reddit ō iocunditatē. qd̄ de eterna iocūditate intelligeudū est. et q̄ indubitāter credas de hac vita al̄r nō poſſe tranſire. Attende q̄ ille qui erat dn̄s. ⁊ cui nulla pena debebat̄. q̄r pctm̄ nō fecit nec inuent9 est dolus in ore e9. vt dic̄ Eſayas nō al̄r de h̄ mūdo trāſiuit. Vñ diſcipul' euntibus in emaus arguēdo dixit. Nōne oportuit xp̄m ſic pati. ⁊ ita intrare in gl'iam ſuā. Ad h̄ ſunt q̄ plurime auctoritates. vt dr̄ Mat. v. Beati q̄ ꝑſecutōem patiūtur ꝓpter iuſticiā. ⁊ Job. v. Btūs qui corripit̄ a dn̄o. ⁊ Jac. j. Btūs vir q̄ ſuffert temptatōem ⁊c. ⁊ j. Petri. iij. Si q̄d patimi ꝓpter iuſticiā beati. Apl's hanc ꝯnām neceſſariā oſtendit. ij. ad Tytū. iij. di. Omēs q̄ pie volunt viuere in xp̄o ieſu. neceſſe est vt ꝑſecutōem patiat̄. Et Liberius papa Mat. x. Qui ꝑſeuerauerit in finē hic ſaluus erit. Unde nāq̄ beata ꝑſeuerantia est niſi a ꝟtute patientie. qm̄ ſm̄ aplm̄. Omēs q̄ pie volūt ⁊c. vij. q. j. Suggeſtū. Et Aug. q. c. h̄. est ⁊ aliud gen9. Est ꝑſecutō iuſti vel a leone impetu vel a dracone inſidijs. i. vel manifeſta vt ꝑ tyrannos. vel occulta vt ꝑ mala exēpla hominū. Vnd omnes damēt. Deus in adiutoriū meū intende. Exemplum in Lazaro vlceroſo. In Gregorio papa tam infirmo. et in alijs multis.

## Quartumdecimū. §. XVII.

Quartūdecimū remediū ꝯ impatiaꝫ.

remediū est ꝯſideratio dĭne ꝓuidentie. ſe extendens ad omnia que circa homines diſponunt̄. Vbi ſciendū q̄ diuina ꝓuidentia includit duo. ſ. ꝯgnitōem de reb9. ⁊ eorum directionē in finē. Cognitio q̄dem est vniūſalis et ꝑfecta pertingēs vſq̄ ad minima rei. ſm̄ illud qd̄ dixit dn̄s Luce. xij. Capilli capitis vr̄i ōēs numerati ſūt. cū em̄ deus agat ꝑ intellectū ad tantū ſe extēdit e9 ꝯgnitio ad quantū ſe extendit eius cauſalitas. Cū aūt deus ſit ꝑmū ⁊ vniuerſale agens. e9 cauſalitas ad oīa entia ſe extendit. nō ſolū q̄tum ad ſpecies reꝝ. ſed etiā q̄tuꝫ ad indiuidua. ⁊ q̄cunq̄ indiuiduis accidūt vel accidere poſſūt. Neceſſe est ḡ omnia hedei9 ꝯgnitōni ſubiacere. Vñ de diuina ſapia dictū est. Sap. viij. Attingit a fine vſq̄ ad finē fortiter. ⁊ diſponit omnia ſuauiter. quicq̄d ḡ agit̄ circa creaturas q̄tūcunq̄ minimas a deo est ꝓuiſum. cū nihil ſapiē ſue occultum effugiat. Nā ſic dr̄ ad Heb. iiij. Omnia nuda ⁊ apta ſunt ocul' eius. Vlterius directio reꝝ in finē q̄ in noīe ꝓuidentie importat̄. est q̄dam ordinatio in deū. cū deus ſit finis omniū creaturaꝝ. ⁊ maxime rōnabilis q̄ vſq̄ ad ꝑticipationē ſue beatitudinis nata est ꝑtingere. Q, aūt de9 ꝓdinet hoīem in ſeipm̄ ſe ei ꝓ fine exhibendo est ſignū ineffabil' dilectionis. Nā cū deus ſit ſumme bon9 ſummū bonū hoīs est ad ipm̄ ꝑuenire poſſe. Deus ḡ qui est rex oīm cognitor ⁊ eaꝝ in ſeipō ordinator cognoſcit menſurā ꝟtutiſ humane. vñ interdū ei ſubtrahit exteriora bona. ⁊ aduerſa immittit eo q̄ ꝯſiderat hec expedire ad ꝯſecutionē eterne felicitatis. Predictis igit̄ diligēter inſpectis. hō i aduerſitate ꝯſtitutus debet cogitare adūſa q̄ ſibi eueniūt eſſe cognita a deo. nec caſu eueniſſe. Inſup ꝯſideret deū eſſe p̄rem ſuū. ⁊ ex h̄ pium ꝓuiſorē q̄ nihil ſue creature inferret. vel euenire ꝑmitteret. niſi qd̄ ſibi ad ſalutem expedire ꝯgnoſceret. Pater em̄ filiū diligit. ⁊ vi flagelli q̄ filiū verberat nouit. Ex p̄dicta ꝯſideratōe homo inter filios dei ſe ꝯſtituit aduerſa ſuſtinēs. Et tūc ꝓ certo teneat ea ad ſalutē aīe deo diſponēte ordinari. ſm̄ illud apl'i ad Roma. viij. Diligentib9 deū omnia cooperant̄ in bonū. Exemplū. Moyſes ꝑcuſſo egiptio ⁊ reꝑhenſo hebreo diu exulauit in terra madian. paſcēs oues Jethro ſoceri ſui tandē ꝑ diuinā ꝓuidentiā deus pharaonis ꝯſtituit̄ ꝑnceps iudeoꝝ efficit̄. ⁊ diuinis allocutionib9 vltra oēs amicos dei ꝑfruit̄. Dauid infantulus ab hoībus deſpectus. ſed ante oculos diuine ꝓuidentie magnus in regē aſſumit̄. i. Regū. xvi. Et poſt multas perſecutiones a Saule perpeſſas regnū temporale conſequitur. ⁊ poſtea eternum.

## Quintūdecimuꝫ. §. XVIII.

Quīndecimū remediū ꝯ impatiam.

⁊ vltimū remediū est ꝯſideratio fructuū q̄ ex aduerſitate ꝯſequunt̄. Fructus aūt poſſunt numerari ſex. q̄rum tres ꝑtinent ad pctōres q̄ ex aduerſitate corrigunt̄. Primus est intellect9 excecati illūiatio. Scd̄s volūtatis ō

pꝛauate ꝑmutatio. Tertius ↄcupiſcētie refrenatio. Pꝛi
mo ḡ ex aduerſitate intellect⁹ illuminaẗ. Circa qḋ ſciē
(De fructibus ſup vtilitatibus aduſitatum.) dū ꝙ oculus anime ad videndū ea q̄ ſunt agenda ē in
tellectus. Eſt eni ſicut lucerna in domo ꝑ quā cernunẗ
omnia q̄ in eo ſunt. q ſi extinguiẗ. iā oīa in tenebris ſūt
ꝛ nihil videri pōt. ſic ꝛ ſi lumine ītellectus obtenebꝛeſcat
quicq̄d in te erit tenebꝛoſum erit. Juxta illud qḋ diciẗ ī
euangelio. Si oculus tuꝰ fuerit neq̃. ſcꝫ ꝑ luminis ꝓ
(Pꝛima vtilitas.) uationē. totū corpus tuū tenebꝛoſum erit. Diabol⁹ aūt
volēs hoīem totaliter ꝑdere in tenebris pctōꝝ īcipit ab
intellectu. q2 eſt lucerna vt ipum obſcuret ne videat qḋ
agendū ſit. h̄ eñ habito facile ē ei hoīem ducere q̄ vult
ſic q̄ duxerit cecū q̄cunq̃ ſe vertat cecū faciliter trahit.
Exemplū in nabuchodonoſoꝛ q̄ in pꝛoſperitate ↄſtitut⁹
in tantā mentis cecitatē deuenit vt ſupbe diceret. Non
ne hec eſt babylon magna quam ego edificaui in roboꝛe
foꝛtitudinis mee ꝛc. Sꝫ h̄ dicto fuit ita a deo punitus
vt amiſſo vſu rōnis verteretẗ in beſtiā q̄tuꝫ ad eſtima
tionē alioꝝ aſpicientiū eū. vñ cū beſtijs in deſerto ha
bitauit per. vij. tꝑa. id eſt annos. vel ſm alios. i. ſeptem
(Secūda vtilitas.) menſes. Dan. iiij. de pe. di. i. §. ex his itaq̃. Scḋo ex
aduſitate volūtas depꝛauata in melius ↄmutaẗ. Ali
qñ eñ ↄtingit ꝙ homo rebꝫ tꝑalibus deditus tm̄ īmer
giẗ in eaꝝ amoꝛē ꝙ nullis ꝑſuaſionibꝫ monitis ſeu pꝛe
dicatōibus euelli pōt. ſed inſepabiliter cū mūdo videẗ
ligatus. ſm illud pſ. Conglutinatus eſt in terra venter
meus. Aliq̄ vero ad modū terreſtriū aīalium repentiū.
que a terra eleuari nō pñt. terrenis ꝛ caducis inhiant
ꝛ adherent. Tūc aūt iraſcentis dei ſignū eſt ſic̄ dictū eſt
ſupꝛa. ſi ſic laſſatis habenis libere agāt. q̄cquid coꝝ vo
luntati placitū fuerit nulla aduerſitate concuſſi. His ei
tāq̃ dſperatiſ diuīa ſeueritas acrius ſuppliciū reſeruat.
Vñ pulcre dicit Valerius maxim⁹. Lēto gradu ad ſui
vindictā diuina ꝓcedit ira. Tarditatēq̃ cū supplicij g̃
uitate ↄpenſat. Et in Eſa. xxvi. c. dꝛ. Miſereamur im
pio ei. ſ. in hac vita nō aduerſando. Et poſtea ſubdiẗ. et
nō dediſcat facere iuſticiā. Et. ij. Macha. vi. Nō ſinere
pctōꝛibus ex ſnīa. i. ad ſui placitū agere. ſed ſtatī vltio
nē adhibere magni bñficij indiciū eſt. Nō eñ ꝛc. Et au
gu. Nihil infelicius felicitate peccantiū. q̄ penalis nutri
tur impietas. ꝛ mala volūtas velut hoſtis interioꝛ ro
boꝛaẗ. Manaſſes rex iuda peſſimus fuit ſuꝑ omnes re
ges iuda. ꝛ diutius regnauit multa mala faciēdo. pꝛo
pter q̄ tandē captus a rege aſſyrioꝝ ꝛ ductus in baby
loniā in carcerē. ↄuerſus ad verā pñiam oꝛās exaudit⁹
fuit ꝛ reductus in hierl'm in regnū ſuū. ij. Paralip. xxxiij.
(Tertia vtilitas) Tertio ex aduerſitate ꝛ ↄcupiſcentia refrenaẗ. Cū eñ
coꝛpus ꝑ flagella atteriẗ coꝛ circa libidinis delectatōnes
nō vagaẗ. Nō eñ vacat de carnalibꝫ cogitare. Et h̄ ad
bonū interioꝛiſ hoīs ꝓcedit. Vñ dicit Gre. Quis neſciat
ꝙ multo melius eſt ardere flāmis febꝛiū q̃ igne vicio
rū. ꝛ tñ cum febꝛe coꝛripimur. medelā q̄rimus ac vicio
rum eſtū q̄ occupare nos poterat ↄſiderare negligim⁹
Videmus īmaniſſimas beſtias a maximis voluptati
bus coerceri doloꝛis metu. Filius ꝓdigus accepta poꝛti
one ſubſtantie. cū oīa conſumpſiſſet in regione longin
qua viuendo luxurioſe. neceſſitate famis vigente ad pa
treꝫ redijt relictis voluptatibꝫ ſuis. Luce. xv. Jn vitaſ
(Exēplū.) patrū legiẗ ꝙ cū q̄dam de foꝛnicatōe foꝛtiter tēptaretur
nec ieiunijs ꝛ vigilijs ꝛ oꝛōnibꝫ ceſſaret tēptatio. tandē
abbas ſuus pꝛecepit alijs monachis ꝙ multas ei mo
leſtias facerēt. ꝛ cum h̄ eū accuſarent tanq̃ ipe alijs fe
ciſſet iniurias. Qui poſt aliqḋ tempus īterrogatus ab
abbate ſi ampl⁹ temptaretẗ. Rñdit. mihi viuere nō licꝫ
(De tribꝫ fructibꝫ q̄ ad iuſtos) ꝛ foꝛnicari libet. Alij vero tres fructus videnẗ perti
nere ad iuſtos quibꝫ etiā expedit ſufferentiā habere ar
ca penaꝝ exercitia. Et eſt ꝑmu fructus argumentum

experientie. ſcḋs ſcutū cuſtodie. tertius ꝑmium gloꝛie.
(Pꝛimus fructus.) Pꝛimus ḡ fructus eſt argumentū experiē. ie. q̄ quis
experiẗ ꝓpꝛias vires. Nemo eñ dicit Grego. q̄tum pꝛo
ficit inter ꝓſpera cognoſcit. ꝓpter qḋ decipiunẗ aliq̄ qui
gloꝛianẗ ſe multas ꝟtutes habere. vicijs ſe nō ſubiace
re. nulla aduerſitate freti. Sed tales interdū ſi ex aliqui
bus iniurijs illatis ſe tangi cōſpexerint. ꝓtinus in ver
ba ↄtūelie vel ſigna īpoꝛtatie ꝓrumpūt. Et iō dꝛ Eccī.
xxvij. Vaſa figuli ꝓbat foꝛnax. ꝛ hoīes iuſtos tempta
tio tribulatōis. Nō eñ artē gubernandi mare tranq̄l
lum aut ventus obſequēs oſtendit. ſꝫ cum fluctus īun
dans gubernacula eruperit. vel ven⁹ validus nauem
cōcuſſerit. Sathan a deo petiuit ꝑtātem ꝙ in Job ma
nū mittere poſſet ad h̄ ꝙ de ipo expimentum ſumeret.
(Secūd⁹ fructus.) Job. i. Scḋs fructus ex aduerſis ſeq̄ns iniuſtis eſt.
ſcutum coſtodie. Apl'us. ij. ad Coꝛin. xij. teſtaẗ. ꝙ ad ſui
cuſtodiā datus eſt ei ſtimulus carnis. Cui⁹ rōnem ibi
aſſignat dicēs. Ne magnitudo reuelationū extollat me.
Vñ cum dñm ter rogaret vt ſtimulū a ſe auferret. ꝛ di
xit ſibi. Sufficit tibi grā mea. q̄ſi di. Eſto ↄtentus ſi te
ꝑ aduerſa flagellatū mihi g̃tum ꝓſeruo. Hoc proculdu
bio ꝑ experientiam videmus ꝙ freq̄nter ſanct⁹ hō. niſi ſō
diſciplina aliqua arceatur. faciliter ad vana ꝓlabiẗ. Na
tura eñ humana ꝓpter ſui coꝛruptōem ꝓcliuioꝛ eſt ad
vicia q̃ ad ꝟtutes. ꝛ ideo ſtatī ipa ſua libertate abutiẗ.
niſi aliq̄ aduerſitate terreaẗ. Vñ dicit Gre. de Salomo
ne. ꝙ idcirco coꝛ ſalomonis funditus ſapiam defuit. q̄
niam eū nulla exterius diſciplina cuſtodiuit. Legiẗ de
q̄dam q̄ oꝛās ꝛ recōmendans ſe btō Thome martyri ꝺ
cātburia ꝓ ſanitate obtinēda. cū recuperaſſet. dubitās
vtrū vtile eſſet anime ſue. oꝛauit vt reuerteretẗ infirmi
(Tertius fructus.) tas ſi vtile anime ſue foꝛet. ꝛ reuerſa eſt. Tertius fru
ctus eſt ꝑmiū gloꝛie. Ubi ſciendū eſt. ꝙ iſte eſt q̄dē ge
neralis fructus q̄ ↄſequiẗ ad oīa ꝓdicta. Vnḋ ſola hec
conſideratio ſufficiens eſt ad mitigandū aduerſitates.
(Adq̄ꝺ oꝛdinaẗ humana aduerſitas.) Conſideratio eñ ꝑmij minuit vim flagelli. vt dic̄ Gre.
Et tñ ſciendū ꝙ mūdana aduſitas directe oꝛdinaẗ ad
ꝑmium gl'ie. ſic̄ ad ꝓpꝛiū effectū. Vñ Eſa. v. dꝛ. Ecce a
gricola expectat ꝓcioſūꝫ fructū terre. patiēter ferēs do
nec accipiat tꝑaneū ꝛ ſerotinū. Ezechiel ꝑegrinus ꝛ ex
ul in caldea ſtans in medio captiuoꝝ vidit celos aper
tos ꝛ habuit multas viſiones ad innuendū ꝙ q̄ ↄuer
ſanẗ in mūdo vt peregrini mundo deſpecti ꝛ oppꝛſſi. di
uinis ↄſolationibꝫ replenẗ. Ezech. i. Et Stephan⁹ īter
ꝑſecutiones ꝛ ictus lapidū vidit celos aꝑtos. Ad h̄ pōt
induci illud Luce. viij. Hi afferūt fructum in patiētia.
(De trib⁹ ↄditōibꝫ terre boni coꝛdis.) Ubi notanẗ tria. ꝑparatio fructificabilis. ibi. ſcꝫ ſigna
ti per bonam terrā. Jn q̄ ↄcurrunt quatuoꝛ. ſalꝫ ꝙ ter
ra coꝛdis nō ſit per curioſitatē q̄ſi a viatoꝛibꝫ ↄculcata
Scḋm ꝙ ſit ſpinis cupiditatis purgata. Tertiuꝫ ꝙ ſit
a lapidibꝫ ſuꝑbie liberata. ꝛ in hūoꝛe humilitatis fun
data. Jſta tria cōmuniter inducunt triſticiā ꝛ impatiē
tiam. Quarto ꝙ ſit veritate ſcripture ſeminata. Secū
do notaẗ lucratio delectabilis. ibi. fructū afferūt. Et ꝺ
fructibꝫ qui delectant habes hic ſupꝛa. Tertio notaẗ ex
ercitatio cōmendabilis. ibi. in patientia. Quid ſit patiā
ꝛ de laudibꝫ ei⁹ ꝛ inductiuis. hēs. s. in. c. iſto ꝑ totum.

De perſeuerantia quid ſit. ꝛ circa que conſiſtat ꝛ ꝺ
eius effectibus. Capitulum octauum.

VLtimo reſtat videre
de ꝟtute ꝑſeuerantie. Circa quā tria tm̄ conſi
deremus. Pꝛio q̄d ſit ꝛ circa q̄d exiſtat. Se
(De ꝑſeuerantia quid ſit ꝛ circa quid ſe habeat.) cundo de eius extremis malitijs. ſ. mollicie ꝛ ꝑtinacia.
Tertio de eius effectibus. Ad videndū aūt q̄d ſit per
ſeuerantia ꝛ circa q̄d conſiſtat. videndū eſt quō ad ꝟtu
tem foꝛtitudinis pertineat. Ex h̄ eñ apparebit nō ſolū

eius materia. ſed etiā aliarū ꝟtutum q̄ fortitudini anne
ctunt. Eſt ḡ ſciendū ꝙ fortitudo eſt ꝟtus ꝓncipal' re/
ſpectu oīm ꝟtutum reſpicientiū aliq̄ ardua. ⁊ in q̄bus
eſt difficile firmiter ꝑſiſtere. Huiꝰ ı̄ q̄dem ratio eſt. q2 ad
virtutē ꝓncipalē pertinet generalē modū ꝯſtituere cir/
ca aliq̄m materiā. ⁊ in illa attēdere. qd̓ eſt difficilimū
⁊ maxime arduū. Hoc em̄ ad ꝓncipalitatē ꝟtutis ptinet
Modus aūt general' quē ꝯſtituit fortitudo eſt firmit
ꝑſiſtere in his q̄ difficultatē hn̄t. Quanto ḡ difficilius
eſt in aliq̄ arduo ſe hr̄e. tāto ꝓncipalior eſt ꝟtus q̄ circa
illd̓ firmitatē ꝓbet animo. Difficiliꝰ eſt aūt firmit ſe ha
bere in ꝑiculis mortꝫ in quibꝫ ꝯfirmat aīm fortitudo. q̄ꝫ
in maxis bonis ſuꝑandis vel adipiſcēdis. in quibꝫ fir/
mat animū magnanimitas. vel in maxis ſumptibꝫ ex/
pendēdis. in q̄bus firmat animū magnificētia. vel ı̄ ſuſ
ferēdo eq̄nimiter aliena mala ꝯtriſtātia mentē in q̄bus
firmat aīm patiētia. vel in ꝯſtanti ꝑmanētia actuū vir
tuoſoꝝ vbi ꝯfirmat aīm ꝑſeuerātia. Nā firmare animū
circa ꝑicula mortꝫ eſt diſpendiū ꝑſone. In aliꝭs aūt ꝑ̄t'cē
diſpendiū bonoꝝ tꝑalium aut delectatōis animi vel q̄
etis. Et apparet ꝙ fortitudo eſt ꝓncipal' in materia ar/
duoꝝ ⁊ difficillimoꝝ. cui ille q̄ttuor annectunt ſic ſcd̓a
rie ꝓncipali. Conueniunt em̄ cū ea in materia. q2 oēs tē/
dunt in aliqd̓ arduū. Sꝫ excedunt ab ea in h̓ ꝙ illd̓ ar
duum q̄ tendit fortitudo. eſt oīm arduoꝝ difficillimū.
Et hec duo req̄rūt ad h̓ ꝙ aliq̄ virtus iungat alicui pri
cipali. ſ. ꝯuenientia in materia. ⁊ exceſſus ſuꝑ cū q̄ꝫtū ad
eius maximū. Ex ꝑdictis ḡ apparet ꝙ ꝟtus ꝑſeuerātie
de q̄ ad pn̄s eſt ſermo fortitudini adiungit tāq̄ꝫ ſecun/
daria pricipali. vtpote aīm firmās ne timore fatigatio
nis laxet ex diuturnitate boni oꝑis. Et hec eſt q̄dā dif/
ficultas in ſuſtinēdo. minor tn̄ ea q̄ ſunt ꝯtra mortis pe
ricula. Vn̄ q̄dam diffinitio m̄gralis dat de ꝑſeuerā/

De ꝑſeuerātia q̄d ſit.

tia tal'. Perſeuerātia eſt ꝑmanentia in bono diuturna/
li ⁊ finali. Tullius vero in rheto. ſic eā deſcribit. Perſe/
uerātia eſt circa bene ꝯſiderata ſtabilis ⁊ ꝑpetua māſio
Ad inſinuandū ꝟtutē ꝑſeuerātie. angelꝰ ꝓcepit Loth
egredienti de terra ſodomoꝝ. ꝙ nō reſpiceret poſt ter/
gum. cuiꝰ ꝯ̄rium fecit vxor eius. q̄ idcirco verſa eſt in
ſtatuā ſalis. Gen̄. ix. In h̓ inſinuat dn̄s. ꝙ incipiēti bo
num opus nō eſt deſiſtendū ab eo ꝑ ꝯ̄rium actū. q2 ſic
ipſe dicit in euangelio. Nemo mittens manum ad ara
trum ⁊ reſpiciens retro. aptus eſt regno dei. Luce. ix.

## Extrema perſeuerātie. §. I.

ſunt duo. vnū ſm defectum. et d̓r mollicies. aliud ſꝫ ex

De duobus viꝭs ꝯ̄riꝭs ꝑſeuerantie.

ceſſum. ⁊ d̓r ꝑtinacia. Mollis d̓r a muliebritate. ⁊ ſic ꝑ
ſeuerantia in h̓ ꝯſiſtit. ꝙ nō recedit a bono ꝓpter diuti/
nā ꝑfectionē difficiliū ⁊ arduorum. ita mollis d̓r q̄ de fa
cili recedit a bono ꝓpter aliq̄ difficilia q̄ ſuſtinere nō p̄t
Nā d̓r molle qd̓ facile cedit tangenti. nō aūt iudicatur
molle qd̓ cedit fortiter impellenti. Nā valde ſtabilia ce
dunt a maxis impellentibꝫ. vt turres a machinis. nec
tn̄ dicūt molles. Sil'r ſi q̄s deficiat a multū impellen
tibꝫ. vt ſunt ꝑicula mortis. nō d̓r mollis. ſꝫ timidus. ſed
mollis d̓r q̄n circa q̄dam alia nō tn̄ difficilia cauſantia
animi fatigatōem. vel triſticiā ꝓpter diuturnitatē tꝑis
recedit a bono oꝑe. Mollis fuit ppl's iſrael q̄n in d̓ſer/
to fatigatꝰ ex itinere cepit murmurare. Sil'r q̄n reūſis
exploratoribꝫ terre ꝓmiſſionis volebāt reūti in egiptū
audita relatōe coꝝ. Sed nō fuit mollis ioſue ⁊ caleph
firmi ꝑmanētes. Pertinax autē d̓r. q̄ in ꝓpria ſn̄ia per
manet pluſq̄ꝫ oportet. Vn̄ ꝑtinax valde tenax d̓r q̄ vult
ſe tenere firmiter in oībus q̄ concipit. Et naſcit ſꝫ Gre.
in moral'. h̓ vicium ex inani gl'ia. Hec eſt autē drn̄tia in
ter angelū ⁊ hoīem. q2 angelꝰ cum appꝛhendit intellectu
aliquā rem ſubito intelligit eā ſine diſcurſu rōnis cum
omnibus eius ꝓprietatibꝫ. ⁊ ſic etiā voluntatē ı̄mobil'r
adheret. cui per amorē adheret. Homo em̄ cū ſit rōnalis
nō intelligit niſi per diſcurſum rōnis. de noto ad igno
tum ꝓcedendo. ⁊ qd̓ ei aliq̄n videt demōſtratio. appa
ei al's dyalectica ꝓbatio vel ſophiſtica. Et q2 appꝛhenſi/
ue rn̄det appetitiua. ideo etiā volūtas nō adheret appꝛ
henſis ı̄mobiliter. ſed variabil'r. Pertinet ḡ ad hoīem
nō ſemꝑ in eodē ꝓpoſito ꝑmanere. q2 h̓ eſſet ſcd̓m naturā
angeli nō hominis. qd̓ eſſet ꝓſūmptuoſum. Vn̄ Greg.
xxij. q. iiij. Diffinitio ı̄cauta laudabil'r ſoluēda ē. nec eſt
ꝑuaricatio. ſꝫ temeritatis emēdatio. Exm̄. Aſahel frater
ioab curſor velociſſimꝰ. q2 ꝑtinaciter voluit ꝑſeq̄ abner
nec ſuaſiōibꝫ eiꝰ voluit deſiſtere. occiſꝰ ē ab eo. ij. Re. ij.

## Tertio loco agendū. §. II.

De effectibus perſeuerantie.

eſt de effectibꝫ ꝑſeuerantie. q̄ ſunt q̄ttuor. Habet em̄ ſo
la oꝑata ı̄petrare. Inſueta in naturā mutare. Acq̄ſita
confirmare. ⁊ virtutes oēs in bono confirmare. Prio
em̄ optata impetrat. Perſeuerātia em̄ facit rōem cōti/

Primus effectus.

nuam ⁊ diuturnā. Hec aūt ꝯtinuitas ſiue diuturnitas
intelligēda eſt ꝙ ſtatutis tꝑibus ⁊ horis ſemꝑ oret. vel
aliꝭs bonis oꝑibus inſiſtat. vel ſaltē deſideriū bn̄ oꝑan
di ꝯtinuet. Continua aūt oratio excluſa q̄cunq̄ꝫ tꝑis in
teruallo nō eſt poſſibilis. tum q2 opꝫtet aliꝭs m'tis intē
dere. tum etiā q2 hō ꝓpter corꝑis fragilitatē ⁊ nature cor
ruptōem nō p̄ot tantā mentis intentōem hr̄e. Item nō
eſt vtilis tāta orōnis aſſiduitas. Nā quātitas vniuſcu
iuſq̄ꝫ rei debet eſſe ꝓporcionata fini ad quē eſt. ſic' tanta
debet eſſe quātitas medicine quātā req̄rit' ſanitas indu
cenda. Finis aūt orōnis eſt excitatio humani deſideriꝭ ı̄
deū. debet ḡ eſſe tanta orōis ꝓlixitas. q̄ꝫtum eſt vtile ad
excitandū feruorē deſideriꝭ. Cū vero hanc menſurā exce
dit. ita ꝙ ſine tedio durare nō poſſit. nō vltra oīno pro
tendenda eſt. Vn̄ Aug. ad ꝓbam. Dicunt fratres ı̄ egy
pto crebras q̄dam orōnes hr̄e. ſed eas breuiſſimas ⁊ ra
prim q̄dammō iaculatas. ne illa vigilāter electa q̄ orā
ti pl'imū eſt neceſſaria. per ꝓductiores moras euaneſcat
atq̄ꝫ hebetet intentio. Ac ꝑ h̓ etiā ipi ſatis oſtendūt hāc
intentionē. ſic nō eſſe obſeruandā ſi ꝑdurare nō p̄ot. ſic
ſi ꝑdurauerit nō cito eſſe rumpendā. Hiero. de inſtātia
orōnis ſic ait. Importuna in euāgelio mulier tandem
meruit audiri. ſ. chāanea. clauſo oſtio cū ſeris licꝫ media
nocte ab amico amicꝰ panes accepit ⁊c̄. de pe. di. i. Exē
plum etiā de apl'is q̄ vt d̓r Actu. i. erant ꝑſeuerātes in
orōne. ⁊ ſic acceperūt ſpm̄ſanctū copioſe. Scd̓o perſe

Secūdꝰ effectus.

uerantia inſueta in naturā. ⁊ ꝑ ꝯn̄s in delectatōem cō/
mutat. Freq̄ntia em̄ oꝑandi habitū virtutis inducit. ſꝫ
phm̄ in. ij. eth̓. dicentē. ꝙ ex freq̄nter iuſta oꝑari ſeu age
re ſumus iuſti. ac ex freq̄nter tꝑata facere tꝑati. Et ſic de
aliꝭs. Habitus aūt eſt qualitas difficile mobilis. ſic dic̄
phs. Et ideo ſm Tullium ad modū nature eſt rōe con
ſentaneus. ꝓpter qd̓ homo ad bona aſſuetus ⁊ delectabi
liter et abſq̄ꝫ difficultate oꝑat. Vn̄ dicit Gre. in epiſtol'
Subito ꝓcedenti de vmbra ad ſolem. de ocio ad laborē
graue cernit eſſe qd̓ incipit. ſed poſtq̄ꝫ ſueſcere cepit vſꝰ
tollit difficultatem. inuēit facile eſſe qd̓ impoſſibile an
te putauit. Si q̄s ergo vult eſſe ꝟtuoſus. neceſſe habet
virtutes frequentare. Nā videmꝰ naturā continue oꝑan
do ex modica nuce additōe imperceptibili magnā arbo
rem facere paruam materiā ꝯtinuate nature oꝑantꝭ in
maximū corpus exereſcere. ⁊ aquā mollem ꝑſeuerāti ꝑ
cuſſione ſuꝑ durum lapidē cadendo cauare. Hoc totum
bonū efficit ꝑſeuerantia in actibꝫ moralibus. multo ef
ficacius q̄ꝫ natura in naturalibꝫ rebus. Cecus a natiui
tate a xp̄o illuminatus cum eum ꝓus ignoraret. contra
phariſeos ꝯminantes ⁊ blaſphemātes ꝯſtanter in con
feſſione veritatis ꝑſeuerauit. Job. ix. Exēplū d̓ Nicolao

ſenc̄ incõtinentiſſimo.ꝓ q̄ andreas perſeuerans in orõe
optinuit vt ꝯtineret. Tertio pſeuerãtia acq̄ſita cõſer
*Tertius effectus.*
uat. Freq̄nter eñi homo q̄ virtutes multas acq̄ſiuit ex
torpore et negligẽtia eas perdit. Nã licet. per virtutẽ ha
beat ꝙ ſit bonꝰ. nõ tñ habet ꝙ ſemp in bono perſiſtat
Ad h̄ eñi reqrit̄ gratuitũ dei donũ ꝯſeruantis hoĩez in
bonũ vſq₃ in finẽ vite. Cũ eñi liberũ arbitriũ de ſe ſem
per ſit ꝯuertibile. q̄ diu viuimꝰ in hac vita. vt dictũ ẽ
ſupra. nõ dat̄ ei ꝑ habitus virtutũ etiã infuſaꝝ. ꝙ ſe im
mobil'r in bono ſtatuat. Vñ dicit Augu. in li. de correꝭ
ptõe ⁊ grã. ꝙ primo homini datũ eſt. nõ vt pſeueraret.
ſed vt pſeuerare poſſet. Et h̄ m'tomagis verificat̄ in ſta
tu nature corrupte. Et ſic pꝫ ꝙ ad ꝯſeruatõem virtu-
tũ reqrit̄ pſeuerãtia virtutũ q̄ negligentiã ⁊ torporẽ tol
lit ⁊ virtutes in opatõe ſemp̄ virẽſcere facit. Vñ dic̄ au-
gu. ꝙ pſeuerãtia magnũ donũ dei eſt q̄ cetera dona dĩ
conſeruant̄. Daniel ꝓpter crudele regis Darij edictũ. tri
nã oratõem quã añ deũ faciebat. i. ter in die nõ dimiſit
ſed ꝯſtanter in his bonis q̄ agere ꝯſueuerat pſeuerauit
Dañ. vt hr̄ Thob. viij. c. Exemplũ etiã de Sara vxore
thobie. Quarto perſeuerantia virtutes in bono ꝯſu
*Quartus effectus*
mat. Scd̃m eñi aplm̃. j. ad Corin. ix. Multi q̄dẽ in ſta
dio currũt. ſed vnꝰ accipit brauiũ. qd̃ de pſeuerãte ẽ in
telligendũ. ſm glo. Vñ dic̄ Gre. in moral'. Incaſſum bo
nũ agit̄ ſi añ vite terminũ deſerat̄. q₂ ⁊ fruſtra velocit̄
currit. q̄ priuſq₃ ad metã venerit deficit. ⁊ de pe. diſt. ij.
Multi bñ incipiũt. ⁊ c. ſeq̄nti. ⁊ Criſ. dicit. Tolle perſe
uerantiã. nec obſequiũ mercedẽ hꝫ. nec beneficiũ grati-
as. nec laudẽ fortitudo. Deniq₃ nõ q̄ incepit. ſed q̄ perſe
uerauerit vſq₃ in finẽ hic ſaluus erit. Eſt igitur vt dic̄
Ber. Singularis filia ſummi regis virtutũ finis ⁊ cõ
ſumatio. Et q₂ tñ bonũ ꝑ iſtã acqrit̄. iõ diabolꝰ multũ
ei inſidiat̄. Vñ dicit Berñ. in epl'is. Scias diabolum
*Cã q̄re diabolꝰ virtuti pſeuerantie inſidiat̄.*
ſoli ſemp pſeuerantie inſidiari. quã ſolã ꝟtutẽ nouit co-
ronari. Ergo ſtude perſeuerãtie q̄ ſola coronat̄. Et hoc ſi
gnauit deus Geñ. ij. loq̄ns ad ſerpentẽ. Et tu q̄dem in
ſidiaberis calcaneo eius. Per calcaneũ nãq₃ ĩtelligitur
extrema pars vite. cui diabolꝰ multũ inſidiat̄. ſed ꝯ in
ſidias eius pſeuerãtia eiꝰ caput conterit. Complemẽtũ
ḡ ⁊ cõſeruatio opeꝝ noſtroꝝ eſt pſeuerantia. In lege iu
bet̄ in omni ſacrificio cauda offerri. Leuiti. xiij. Et Ja-
cob filio ſuo ioſeph tunicã fecit vſq₃ ad talos. totũ cor-
pus tegentẽ. Geñ. xxxvij. Et nota ꝙ pſeuerantia eſt vir
tus ſpecialis ꝓut importat ꝓpoſitũ perſiſtendi in bono
nec deficiendi ꝓpter aduerſa vlla tpe. Sed ꝓut impor-
tat ipſam actualẽ ꝯtinuatõem in bonis operibꝫ vſq₃ in
finẽ vite. nõ ꝑtinet h̄ ad virtutẽ ſpãlem. Et de hac dicit
Augꝰ. de pe. di. iiij. Si ex bono. Cur h̄ vt homo finiat
hanc vitã anteq̄ ex bono mutet̄ in malũ. cur aũt illud
alijs donet̄ alijs nõ donet̄. ignorat̄. Id tñ donũ dei eſſe
in bono perſeuerantiã ſm ſcripturas fateant̄ nobiſcũ.
Et cur alijs detur. alijs non detur. ſine murmure adũ-
ſus deum dignent̄ ignorare nobiſcum.

## Titulus quartus de tẽ-perantia.

Quid ſit temperantia. ⁊ circa quam mate-
riam verſatur. Capl'm primum.

**Poſt hoc agenduz**
eſt de tꝑantia. De qua q̄ttuor vidẽda ſũt
Et primo quid ſit. ⁊ circa quã materiam
verſat̄. Scd̃o de ꝑtibus eius integralibꝫ. ſ. verecũdia et
honeſtate. Tertio de ꝑtibus ſubiectiuis. ſ. abſtinẽtia ⁊
ſobrietate. ⁊ caſtitate. Quarto de partibꝫ potentialibus
ſc₃ ꝯtinentia ⁊ mãſuetudine. clementia. modeſtia. eutro
pelia. ſtudioſitate. ⁊ humilitate. Ad primi euidentiam
duo breuiter ſunt videnda. ſ. de rõne appropatõis huiꝰ
noĩs tꝑantia ad ſpecialem virtutẽ. ⁊ de ipſa materia ſeu
obiectione virtutis. Sciendũ eſt igit̄ ꝙ ſm ꝯſuetudinẽ
humane locutõis aliqua noĩa cõĩa reſtringũt̄ ad ſignã
dum ea ſolũ q̄ ſunt p̄cipua inter illa q̄ ſub tali cõmuni
ſignatione ꝯtinent̄. ſicut nomẽ vrbis qd̃ cõmuniter ⁊ ĩ
differenter ſignificat quãlibet ciuitatẽ. Anthonomatice
accipit̄ ꝓ ciuitate Rome. ſm h̄ ergo nomẽ tꝑantia du-
pliciter p̄t accipi. Uno mõ ſm cõĩtatem ſue ſignificatio
nis. ⁊ ſic temperãtia nõ eſt virtus ſpãlis. ſed potiꝰ gene
ralis. Uel p̄t dici conditio ſeq̄ns oẽm virtutẽ ſm ꝙ q̄-
dam moderatio reqrit̄ in qualibet virtute morali. Hoc
eñi importat nomẽ tẽperantia. Significat eñi quãdaz
temperiẽ. quã ratio põt in humanis opatõibꝫ ⁊ paſſio
nibꝫ. Alio modo ꝯſiderat̄ quaſi anthonomatice. ſm ꝙ
ſignificat moderatõem in his q̄ hñt maxime hoĩem al-
licere. ⁊ a bono rõnis abducere. cuiuſmodi ſũt delectati-
ones ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. Et h̄ modo tꝑãtia eſt ꝟtus ſpe
cialis. Ex h̄ aũt faciliter apparet circa quã materiã exi-
*De tꝑantia circa q̄d exiſtat*
ſtat. Dictũ eſt eñi. ſ. ꝙ ad virtutẽ moralẽ pertinet ꝯſer-
uare bonũ rõnis ꝯtra paſſiões eius ordini repugnãtes
Concupiſcẽtie aũt delectationũ tactꝰ circa q̄s tẽperãtia
conſiſtit maxĩe ſunt rõni repugnãtes. Nã delectatio eſt
vehemẽtior. q̄to conſequit̄ opationẽ magis cõnaturalẽ
Maxĩe aũt aĩalibꝫ naturales ſunt opationes q̄bus cõ
ſeruat̄ humana natura. hec aũt ꝯſeruatio ꝯſiderat̄ vel
in indiuiduo. ⁊ h̄ fit per cibum ⁊ potũ. Uel in ſpecie. ⁊
h̄ fit per ꝯiunctõem maris ⁊ fẽĩe. Et iõ circa delectatio
nes ⁊ concupiſcẽtias reprimẽdas. ciboꝝ ⁊ potuũ ac etiã ve-
nereoꝝ ꝓprie habet ꝯſiſtere tẽperantia. Vñ dicit Aug.
in li. de libe. arbi. Temperãtia eſt effectus coercẽs ⁊ cohi
*Diffinitio tꝑantie.*
bens appetitũ ab his rebꝫ q̄ turpiter appetunt̄. ⁊ Tul
lius in. j. rheto. dicit. Temperãtia eſt rõnis in libidinez
atq₃ alios nõ rectos animi impetꝰ firma ⁊ modera do-
minatio. Scã Judith tꝑatiſſima fuit in omĩ genere tẽ
perantie. Nam ſic dicit Hiero. Jeiunijs erat ꝯfecta. lu-
gubri habitu ſordidabat. ciliciũ hñs ſuꝑ lumbos; ſuos
ſecretũ cubiculũ in ſuꝑioribꝫ domus fecerat. vbi clauſa
manebat cũ puellis ſuis. Sicq₃ ſuã viduitatẽ in ſcã pu
ritate ducebat. Judith. viij. ⁊ ix. Et Aug. Princeps oĩz
vicioꝝ dum videret adam ex limo terre ad imaginẽ dei
factum pudicitia ornatũ. tꝑantia ꝯpoſitũ. caritate ſplẽ
didum. primos parentes illis donis ac tantis bõis ſpo
liauit pariter ac peremit. de pe. di. ij.

## De partibus tempe- . §. I. rantie integralibꝫ.

*De ꝑtibꝫ integlibus tꝑantie.*
Nota ſm b. Tho. ſe. ſe. q. cxliij. ar. i.
in cor. q. ꝙ alicuiꝰ virtutis cardinalis triplices ꝑtes eſſe
pñt. ſ. integrales. ſubiectiue. ⁊ potẽtiales. Partes integ-
les alicuiꝰ virtutis dicunt̄ ꝯditiones. q̄s neceſſariuz eſt
concurrere ad ꝟtutem. ⁊ ſm h̄ due ſunt ꝑtes integrales
tẽperantie. ſ. verecundia. per quã aliq̄s refugit turpitu
dinẽ tꝑantie ꝯriã. ⁊ honeſtas per quã aliq̄s amat pul-
critudinẽ tꝑantie. Nam ĩter virtutes p̄cipue temperã-
tia vendicat ſibi q̄ndam decorẽ. ⁊ vicia intꝑantie maxi-
me turpitudinẽ hñt. Partes aũt ſubiectiue huiꝰ virtu
tis ſunt ſpecies eiꝰ. Oportet aũt diuerſificare ſpẽs vir-
tutũ ſm diuſitatẽ materie vl' obiecti. Eſt aũt temperãtia
*Circa q̄d ſit temperantia*
circa delectatões tactꝰ. q̄ diuidunt̄ in duo genera. Naz
q̄dam ordinant̄ ad nutrimentũ. ⁊ in his q̄tũ ad cibuz
eſt abſtinẽtia. q̄tũ ad potũ eſt ſobrietas. Quedã ordi-
nant̄ ad vim generatiuã. ⁊ in his q̄tum ad delectatões
ꝑncipalẽ ipſius cõiter eſt caſtitas. q̄tũ ad delectatiões
q̄ ſunt ĩ tactu ⁊ oſcul' ⁊ amplexibꝫ ⁊ hmõi eſt pudicicia
Partes potentiales ꝟtutis dicunt̄ ꝟtutes ſcd̃arie. q̄ mo-
dũ quẽ ꝑncipal' virtus obſuat circa aliquaz materiam
ille idẽ obſuant in q̄buſdã alijs materijs in q̄bꝫ nõ eſt
ita difficile. Pertinet aũt ad tꝑantiantiã moderari de-

lectationes tact⁹ q̄s difficilius eſt moderari. Uñ q̄cun⸗
q̄ȝ virtus moderatōem aliquā opat̄ in aliq̄ materia. et
refrenationē appetit⁹ in aliq̄d tendētis ponat̄ ps potē
tialis tpantie. ſic virtus ei adiuncta. Q̄d ↄtigit tripl'r
Uno mō in interiorib; motib; animi. Alio mō in exte
riorib; motib; ⁊ actib⁹ corpis. Tertio mō ex interiorib;
rebus. Preter motū aūt ↄcupiſcētie quē moderat̄ ⁊ re⸗
frenat tpantia tres motus inueniunt̄ in aīa tendentes
in aliq̄d. Prim⁹ q̄dem eſt mot⁹ volūtatis cōmote ex i⸗
petu paſſionis. ⁊ hūc motū refrenat ↄtinētia. ex q̄ fit vt
licet homo īmoderat⁹ ↄcupiſcētias patiat̄. nō tñ volū
tas vincit̄ ſed reſiſtit. Ali⁹ motus interior in aliq̄d ten
dēs eſt mot⁹ ſpei ⁊ audacie q̄ ipaȝ cōſequit̄ Et hūc mo
tum moderat̄ ſeu refrenat hūilitas. Terti⁹ mot⁹ eſt ire
tendentꝫ in vindictā. quā refrenat māſuetudo ſiue clem̄
tia. Circa aūt motus corpales moderatōem ⁊ refrenatō
nem fac̄ modeſtia. quā andronic⁹ in tria diuidit. Ad q̄
rum primū ptinet diſcernere q̄d ſit faciendū ⁊ q̄d dimit
tendū. ⁊ q̄d quo ordine agendū. ⁊ in h̄ firmiter perſiſte
re. Et q̄ȝtum ad h̄ ponit bonā ordinationē. Aliud eſt q̄
homo in eo q̄d agit decentiā obſuet. ⁊ q̄ȝtum ad h̄ pōit
ornatū. Tertiū eſt i colloquijs amicoꝝ. ⁊ q̄buſcūq̄ȝ alijs
⁊ quātū ad h̄ ponit̄ auſteritas. Circa exterioꝛa v̄o duplex
moderatio eſt adhibēda. Pmo q̄dem vt ſupflua nō re⸗
q̄rāt̄. ⁊ q̄ȝtum ad hoc ponit̄ a Macro. paitas. ⁊ ab An
dronico p ſe ſufficiētia. Scd̄o vt nō nimis exq̄ſita requi
rat. ⁊ quātū ad h̄ ponit macrobi⁹ moderatōem. Andro
nic⁹ ſufficiētiā. Et ſic cū Tulli⁹ nō ponat in rhe. ſua p⸗
tes tpantie niſi ↄtinētiā. clem̄tiā. ⁊ modeſtiā. ↄprehēdit
ipe ſb modeſtia oīa illa q̄ ptinēt ad moderatōeȝ corpa⸗
liū motuū ⁊ reꝝ exterioꝝ. ⁊ ēt mod'ratōeȝ ſpei. i. hūilitatē.

## De verecundia que .§.II.

De v'ecūdia q̄d ſit vtꝝ ſit virtus.

eſt pars integral' tpātie. q̄d ſit. ⁊ de q̄. ⁊ vtꝝ ſit v'tus. Eſt
aūt verecūdia ſm phm in. iiij. ethi. timor ingl'iationis.
ſm Dama. aut eſt timor in turpi actu. vl' de turpi per⸗
petrato. Pro cui⁹ declaratōe ſciendū ſm. b. Tho. ſe.
ſe. q. cxliiij. ar. ij. q̄ timor ppᷓie ē de malo arduo. q̄d dif
ficile vitat̄. Eſt āt duplex turpitudo. vna vicioſa. ſ. q̄ cō
ſiſtit in deformitate act⁹ voluntarij. Et hec ppᷓie loquē
do nō hȝ rōem mali ardui. Q̄d em̄ in ſola hoīs volun
tate ↄſiſtit nō videt̄ eſſe arduū. ⁊ ſupra hoīs ptātem ele
uatū. Et pp̄ter h̄ nō apphēndit̄ ſub rōe terribil'. Uñ di
cit phs in. ij. rhe. q̄ hoꝝ maloꝝ nō eſt timor. Alia ē tur⸗
pitudo q̄ſi penal'. q̄ conſiſtit in vituperatione alic⁹. ſic q̄⸗
dam claritas glorie conſiſtit i honoratōe alicui⁹. ⁊ q̄ hu
iuſmodi vituperiū hȝ rōem mali ardui. ſic honor hȝ ra
tionē ardui boni. Uerecūdia q̄ eſt timor turpitudis. pri
mo ⁊ pncipal'r reſpicit vituperiū ſeu abprobriū. Et q̄
vituperiū debet̄ vicio ſic honor v'tuti. iō ex ↄñti verecū
dia reſpiat turpitudinē defectuoſam. Dupl'r aūt reſpic̄
verecūdia culpā. Uno mō q̄ ex verecundia hō deſinit
agere turpia. i. vicioſa pp̄ter timorē improperij. alio mo
do vt homo in turpib; q̄ agit vitet publices ↄſpectus
pp̄ter timorē vituperij. Hoꝝ primū ſm Grē. nazan. p⸗
tinet ad erubeſcentiā. ſcd̄m ad verecundiā. Q̄ȝ igit̄ ve⸗
recūdia ppᷓie reſpicit ingloriatōem ſm q̄d debet̄ culpe
q̄ eſt defectus volūtarius. Jd̄o de obprobrijs ⁊ ↄtume
lijs q̄ inferunt̄ alicui pp̄ter virtutē. v'tuoſus nō curat ſȝ
contēnit. q̄ indigne ſibi irrogant̄. ſic̄ legit̄ de aplis Act.
v. q̄ ibant gaudētes a conſpectu conſilij ⁊c̄. Ex impfe⸗
ctione aūt virtutis pueniᵗ q̄ aliq̄s verecundet̄ de ob⸗
probrijs q̄ ſibi inferunt̄ pp̄ter v'tutē. Q̄ȝ verecundāt̄ ho
mines de pauptate. ignobilitate. ſeruitute. ⁊ hmōi puē
tuīt ex h̄. q̄ ſicut honor q̄ debet̄ v'tuti hȝ q̄ndā excellen⸗
tiā. ita vituperiū q̄d ppᷓie debet̄ culpe reſpic̄ aliquē de⸗
fectū ad min⁹ ſm opinionē hoīm. De operib⁹ v'tuo⸗
ſis in ſe ↄſideratis. nō eſt verecūdia. ſȝ per accidēs con⸗
tingit q̄ aliq̄ de hmōi verecundēt̄. vel q̄ȝtū habent̄ vt
vicioſa ſm opiōnē alioꝝ. vel inq̄ȝtū hō refugit in opib;
v'tuoſis notā de pſumptōe vel ſil'atōe. Q̄ȝ de maiorib⁹
malis hoīes nimis verecundet̄. aliq̄ñ pcedit vel q̄a illa
maiora hñt min⁹ de rōne turpitudinis. ſic̄ vicia carna
lia magis ſpālia. vl' q̄ in q̄dā exceſſu tpalis boni ſe ha
bent. ſicut verecundātur hoīes magis de timore q̄ȝ au
dacia ⁊ furto magis q̄ȝ de rapina. ⁊ hmōi.

De remedio i bōis operibus vñ cauſatur.

## Eſt aūt verecundia .§.III.

Q̄ȝ v'ecūdia ē v't⁹ large ſumendo.

virtus. ſumēdo large nomē v'tutis. put. ſ. virt⁹ d̄r omē
q̄d eſt bonū laudabile in hūanis actib; vel paſſionib⁹.
Et ſic v'ecūdia ē virt⁹. q̄ q̄dā laudabil' paſſio. di. lxxxvi.
nō ſatꝫ. dic̄ Amb. q̄ v'ecūdia īgenuos pdit nataleſ. Su
mēdo aūt v'tutē ppᷓie. ſic nō eſt virt⁹. Nā virtus eſt q̄dā
pfectio. vt d̄r. ij. phiſicoꝝ. Et iō oē illud q̄d repugnat p⸗
fectioni. ēt ſi ſit bonū. defic̄ a rōe v'tutꝫ. verecūdia āt de⸗
ficit a pfectōe. q̄ ē timor alic⁹ turpis. q̄d. ſ. ē exprobrabi
le. Sic aūt ſpes ē de bono poſſibili ⁊ arduo. ita ⁊ tior d̄
malo poſſibili ⁊ arduo. Jlle aūt q̄ ē pfect⁹ ſm habituȝ
v'tutis nō apphēdit aliq̄d exprobrabile ⁊ turpe ad faci
endū vt poſſibile ⁊ arduo. i. difficile ad vitādū. neq̄ȝ a⸗
ctu fac̄ aliq̄d turpe vñ obprobriū ticat. ⁊ ſic ppᷓe ñ ē vir
tus. q̄d ēt dic̄ phs in. iiij. ethi. Quāuis aūt ↄſiſtat i me
dio ſm rōem v'ecūdia. ñ tñ eſt habit⁹ electiu⁹ q̄d req̄ri
tur ad rōem v'tutꝫ. ſȝ ē paſſio vt dictū ē. ⁊ q̄ vicia q̄ pti⸗
nēt ad tpantiā. maxīe hñt turpitudinē vl' ēt exprobra⸗
tionē cū pca magis aſſimulemur brutis aīalib;. Jō vere
cūdia q̄ ē timor de turpi. magis reſpic̄ tpantiā q̄ȝ alias
v'tutes. ſ. rōe motiui. Pōt tñ ptinē ad alias v'tutes. iq̄ȝ⸗
tū vicia ei⁹ oppoſita ſūt turpia. Fouet aūt verecundia
honeſtatē. remouēdo q̄ ſūt honeſtati ↄ̄ria. nō ita q̄ pti⸗
gat ad pfectā rōem honeſtatꝫ. Sic aūt eā deſcribit ſam
bro. in li. de offi. Uerecūdia ſocia ⁊ familiarꝫ ē mētꝫ pla
ciditati. ptēruiā fugitās ab oī luxu aliena. ſobrietatē dili
git. honeſtatē fouet. ⁊ decorē req̄rit. Publican⁹ d̄ pctis
ita verecūdabat̄. q̄ ñ audebat oc'los ad celū leuare. ⁊ tē
plo appropinq̄re. Luce. xviij. Dña q̄ iniecit oc'los in io
ſeph iuerecūda valde fuit īuitās cū de adulterio. E cō⸗
tra ioſeph iuuenis ⁊ elegātꝫ forme. facie v'ecūda potius
pmiſit ſe īcarcerari q̄ȝ aſſentire mala. Signa virtuoſe
verecūdie oñderūt magna filij Noe duo. ſ. ſem ⁊ iaphet
q̄ñ adūſis faciēb; poſuerūt palliū ſup noe nudatū i ta⸗
bernac'lo timore pn̄e verecūdie. Dic̄ Amb. q̄ verecun⸗
dia īgenuos pdit natales. di. lxxxvi. Non ſatꝫ. vñ dicit
idē de virgine maria q̄ erat v'ecūda ſm oē. Et d̄. b. ber.
legit̄ q̄ erat v'ecund⁹ ſupra modū. Jta āt ē vtil' q̄ dicit
Aug. i li. d̄ pe. Fit dign⁹ venia q̄ erubeſcit p xp̄o. ſ. cōfi⸗
tēdo v'ecūde pctm̄ ſuum. vt de pe. di. v. Conſideret.

## Uerecundantur au .§.IIII.

De v'ecundia. ſ. corā q̄b; q̄s verecundat̄

tē hoīes maxīe ſm phm in. ij. rhe. corā v'tuoſis ſapienti
bus. ↄiūctis familiarib; ⁊ ppalātib⁹ vicia de q̄fectib⁹
magis q̄ȝ corā alijs. Ratio h⁹ eſt ſm. b. Tho. vbi. ſ. q̄a
cū vituperiū opponat̄ honori. ſic̄ honor īportat teſtio⸗
niū q̄d dā de excellētia alic⁹. ⁊ pcipue q̄ ē ſm v'tuteȝ. ita
opbrobriū cui⁹ tior ē v'ecūdia. īportat teſtioniū q̄d daȝ
ex defectu alic⁹. pcipue q̄ ē ſm culpā. Et iō q̄nto teſtio⸗
niū alic⁹ reputat̄ maiorꝫ pōderꝫ. tāto magis ab eo vere
cūdamur. Pōt aūt teſtimoniū alic⁹ pōderꝫ maiorꝫ re⸗
putari tripl'r. Uno mō pp̄ter certitudiuem v'itatis pce⸗
dentē ex certitudine iudicij. Sic̄ ptȝ de ſapiētib; ⁊ vir⸗
tuoſis a q̄b; hō magis deſiderat honorari. ⁊ magis ab
eis verecūdat̄. Uñ a pueꝛꝫ ⁊ beſtijs null⁹ verecūdat̄ p
pter defectū iudicij recti q̄ ē in eis. Scd̄o mō pp̄ter cer
tollet a vob.dixit xp̃s loquẽs de gaudio ſuꝑne fruitiõis quo beati vndiq̃ circũdantᷓ. Un̄ Math.xxv. Euge ſer‑ue bone ꝛ fidel.ꝛc̃.intra in gau.do.tui. Iſtud gaudium ꝓueniẽt a ſex ꝑtibꝫ ſ꞉m Guil.in ſumma. Primo a ſuper‑na maieſtate.Job.xvj. Iterꝝ videbo vos ꝛ gaudebit coꝛ vr̃m. Hoc aũt gaudiũ erit tripłr. Primo ex viſa diuini‑tate. Bern. Iſtud eſt verũ gaudiũ q̃d nõ de creatura ſȝ de creatoꝛe cõcipitur. Secũdo ex aſpectu humanita‑te. Eccłi xj. Delectabile ẽ ocul tuis videre ſolẽ.i. chꝛiſtũ Tertio ex intellectu nature diuine vnite cũ humana. vnde natura noſtra exaltatᷓ.ſicut gaudent hoĩes ð ex‑altatõne ſuoꝝ fratrũ. Secũdo ꝓcedit illð gaudiuȝ a loci amenitate. Et hoc tripliciter.viȝ ex eius claritate.ex eius puritate.ex eius latitudine ꝛ vaſtitate. Apoca.vi. Ciuitas illa ñ eget ſole ꝛc̃. Baruch iij. O iſrł q̃ magna ẽ domus dei.ꝛc̃. Apocał.xiiij. Sine macula ſũt añ thꝛo‑num dei. Tertio ꝓcedit illud gaudium ex ſocietate.ꝛ hoc tripliciter. Ex eius multitudine. Apocał.vij. Uidi turbam magnã quã nemo dinumerare poterat. Ex ei⁹ nobilitate.qꝛ oĩes erunt reges ꝛ regine. Apocał. Feciſti nos deo nr̃o regnum ꝛc̃. Et de qualibet anima ſcã. pſ. Aſtitit regina a dextris tuis. Ex eius charitate intima. Eſa.xxxj.dicit dñs. Cuius ignis eſt in ſyon.ꝛ caminus eius in hierłm. Quarto ꝓcedet tandẽ a coꝛꝑis ꝑfectio‑nalitate.ꝛ hoc quadrupliciter. Ex ſpecioſitate vł claritate

De gaudio ꝑfectõ ſcȝ ſuꝑne fruitõnis ꝙ a ſex ꝑ‑tibꝫ ꝓue‑niat.

ſubtilitate.agilitate.⁊ īpaſſibilitate.q̄ oīa notat apl's .j. ad Co.xv.ibi.Seminat̄ aīale.ſurget ſpūale ⁊c̄. Quīto ꝓcedet ab inferni vaſtitate.⁊ h̄ tripl'r. Cū ex euaſiōe eius cū meruiſſent. Cū ex diuīe iuſticie in illis executōne. ps. lviij. Letabit̄ iuſt⁹ cū viderit vindictā ⁊c̄. Cū de demonū alligatiōe ne tibi noceāt. Sexto ꝓcedet a mūdi qlitate.⁊ h̄ tripl'r. Pzīo ex remotiōe. Apoc. Vidi celū nouū ⁊ terrā nouā ⁊c̄. Scdo q2 oīa erūt eis ſubiecta ad nutuȝ Tertio q2 ex oīnib9 ſpeculabunt̄ gl'iam dei in illis ⁊c̄. Et q2 gaudiū eſt vna ex paſſionib9.de pluribꝯ alijs ptinētibus ad gaudiū inq̄ȝtū gaudiū eſt paſſio. vide ſupra in tractatu de paſſionibus.

De pace inquantū eſt actus interioꝛ charitatis ⁊ quo modo differt a concoꝛdia. Capitulum.viij.

Pax eſt alius actus interioꝛ ꝓcedēs ex charitate ⁊ includit ꝯcoꝛdiā.⁊ vltra h̄ addit vnionē appetitiuā vni⁹ appetentis. Pro cui⁹ declaratōe dic̄ beat⁹ Tho.ij.ij.q.xxix.arti.j. ꝙ vbi eſt pax ibi eſt cōcoꝛdia.nō tn̄ vbicūqȝ eſt ꝯcoꝛdia eſt pax ſi nomē pacis ꝓpzie ſumat̄. Cōcoꝛdia eīm ꝓpzie ē ad alteꝝ inq̄ȝtū ſcȝ diuerſoꝝ coꝛdiū volūtates ſil'r ī vnuȝ ꝯſenſum ꝯueniūt. Cōtingit etiā vni⁹ hoīs coꝛ tēdere in diuerſa dupl'r. Vno qͥdem modo ſm diuerſas potētias appetitiuas. Sicut appetit⁹ ſenſitiu⁹ plerūqȝ tēdit in cōtrariū appetit⁹ rōnalis.ſm illud Gal.v. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄. Alio modo inq̄tū eadē vis appetitiua ī diuerſa appetibilia tēdit q̄ ſimul aſſeq̄ nō poteſt. vñ neceſſe eſt eſſe repugnātiā motuū appetit⁹. Vnio aūt hoꝝ motuū eſt d̄ rōe pacis. Nō eīm hȝ coꝛ pacatū q̄ȝdiu vult ⁊ ſi habeat aliq̄d qd̄ vult.adhuc tn̄ reſtat ei aliq̄d volēdum qd̄ ſimul h̄re nō pōt. Hec aūt vnio nō eſt de ratiōe ꝯcoꝛdie. vñ ꝯcoꝛdia īpoꝛtat vnionē appetituū diuerſoꝝ appetentiū. Pax aūt ſupra hāc vnionē impoꝛtat etiam vnionē appetituū vni⁹ appetētis.⁊ ſic paci opponitur duplex diſſenſio.ſ.diſſenſio hoīs ad ſeipm̄.⁊ diſſenſio hominis ad alteꝝ. Cōcoꝛdie aūt oppōit̄ hec ſola ſcd̄a diſſenſio. Vñ ꝯcoꝛdia pōt eſſe peccatoꝝ in malo. Sȝ pax ꝓpzie nō niſi bonoꝝ. Eſa.lvij.vel.xlviij.vbi eſt eadē auctoritas.nō eſt pax impijs. Eſt aūt triplex genus pacis. ſcȝ tp̄alis.ſpūalis.⁊ eternalis. Hec pn̄t notari ibi Jo.xiiij. Pacē relinquo vobis.ſ.eternalē. Pacē meā do vobis.ſ. ſpūalem. Nō quō mūdus dat ego do vob.ſ.temp̄alem. Nā mūdus dat tp̄alē pacē ꝑ guerras oppreſſam ⁊ multa mala.nō ſic xp̄s.ſȝ ꝑ oꝛōnes ⁊ bona op̄a. Vñ ap̄lus p̄ma ad Thi.ij.vult in eccl'ia oꝛōes fieri ꝓ pace. Poſſunt etiā p̄dicte paces notari in ps̄. Loquet̄ dn̄s pacē in plebem ſuā.q̄ ad tp̄alē quā dat qn̄ popul⁹ eſt ſu⁹ ꝑ mandatoꝝ obſeruationē. Et ſup ſanctos ſuos q̄ ad pacē eternalem quā habēt ſoli ſancti in patria. Et ī eos q̄ ꝯuertūtur ad coꝛ q̄ ad ſpūalem. Pax tp̄alis de q̄ d̄r.ij. Mach. j. Aperiat de⁹ coꝛ noſtrū in lege ſua ⁊ in p̄ceptis ſuis.et faciat pacē.ꝑturbat̄ ꝑ rixam que eſt inter vnū ⁊ alterum ⁊ ꝑ ſeditionē que eſt inter vnā ꝑtē ciuitatis ⁊ alteram.et bellū quod eſt inter ciuitatē ⁊ ciuitatē. Pax ſpūalis debȝ eſſe cum deo. Job. Habeto pacē cū eo ſubijciēdo voluntatē tuā ei ⁊ penitēdo de pctīs cū ꝓximo. Apl's. Si fieri poteſt qd̄ ex vobis eſt cū oīnibꝯ hominibꝯ pacē habētes Cū ſeip̄o.ad Phil.iiij. Pax dei q̄ exuperat omnē ſenſuȝ cuſtodiet coꝛda vr̄a. De eterna d̄r ī ps̄. Poſuit fines tuos pacē ⁊c̄. Hec excludit triplex bellū qd̄ eſt in mūdo.etiam in ſctīs. Primū eſt in coꝛꝑe vbi bellant ad inuicē calidū ꝯtra frigidū.⁊ ſiccū ꝯtra humidū.⁊ ecōuerſo.ex quo tandē coꝛpus deſtruit̄. Scd̄m eſt quo caro concupiſcit aduerſus ſpm̄. Tertiū eſt diuerſaꝝ opinionū. Beat⁹ Auguſtin⁹. Quot hoīes.tot opiniones ī vna ⁊ eadē diuerſoꝝ moꝝ. Poeta.pectoꝛibꝯ moꝛes tot ſunt q̄t in oꝛbe figure. Velle ſuū cuiqȝ eſt.nec voto viuit̄ vno. Perſi⁹. Sȝ in paradiſo nulla infirmitas vel coꝛruptio.nulla tēptatio.nulla diuerſitas opinionū vel volūtatū

Quō pax ⁊ concoꝛdia differunt.

De triplici genere pacis.vel ꝙ triplex pax eſt

ꝙ ī mūdo nō eſt pax ſꝫ ſȝ bellum.et h̄ triplex.

## De pace quomodo ē .§.I.

effect⁹ ſeu actus charitatis ⁊ nō v̄tus ſpecialis. Primo patȝ ex illo ps̄. Pax multa diligētibꝯ legē tuā ⁊c̄. Pro cui⁹ declaratōe dic̄ be. Tho.vbi.ſ.ꝙ rōe pacis ē duplex vnio.q2 vna eſt ſm oꝛdinatōnē ꝓpzioꝝ appetituū ī vnū. Alia eſt ſm vnionē appetit⁹ ꝓpzij cū appetitu alterius. Et vtrāqȝ vnionē efficit charitas. Primā quidē ſm qd̄ deus diligit̄ ex toto coꝛde.vt ſcȝ oīa referam⁹ in ip̄m. Et ſic oīnes appetit⁹ noſtri in vnū ferunt̄. Aliam prout diligim⁹ ꝓximos noſtros ſicut noſmetip̄os. Ex quo cōtingit ꝙ homo vult implere ꝓximi volūtatē ſicut ſuip̄i⁹. Et ꝓpter hoc inter amicabilia vnū ponit̄ idētitatis electionis dilectiōis.vt patet.ix.ethi. Et Tullius de amicicia dicit ꝙ amicoꝝ eſt idem velle ⁊ nolle. Secūdum ſcȝ ꝙ nō ſit v̄tus ſic ꝓbat be.thomas. cū oīnes actus ſe inuicē ꝯſequunt̄ ſm eandē rōnem ab agēte procedens. oīnes hmōi actus ab vna v̄tute ꝓcedūt.nec hn̄t ſinguli ſingulas v̄tutes a q̄bꝯ ꝓcedant.vt ptȝ in rebꝯ coꝛꝑalibꝯ. ꝙ eīm ignis calefaciēdo liquefacit ⁊ rarefacit.nō eſt ī igne alia v̄tus liquefactiua ⁊ alia rarefactiua. ſed oīnes act⁹ hos oꝑatur ignis ꝑ vnā ſuā virtutē calefactiuā. Cū igit̄ pax cauſet̄ ex charitate ſm ip̄am rōnem dilectiōis dei ⁊ pzoximi.vt oñſuȝ eſt ſupra.nō eſt alia virtus cui⁹ pax ſit ꝓpzius actus niſi charitas. Et quia eſt actus virtutis datur p̄ceptū de ea. Math.ix. Habete pacem inter vos Et quia etiā eſt actus meritoꝛi⁹. ponit̄ inter beatitudies que ſunt actus v̄tutis ꝑfecte. Math.v. Et inter fructus numerat̄.ad Gal.v.inquantū eſt quoddā finale bonuȝ habens ſpūalem dilectionē. Itē ſciendū ꝙ ſalua pace poteſt eſſe diſſenſio in opinionibꝯ inter habētes charitatē.ſicut inter paulū ⁊ barnabā. Actuū.xv.⁊ inter beatum Augu.⁊ beatū Hiero. Nam ſm ph̄m.ix.ethicoꝝ. Ad amiciciā nō ꝑtinet cōcoꝛdia in opinionibꝯ. ſȝ cōcoꝛdia in bonis ꝯferentibus ad vitam ⁊ p̄cipue in magnis nam in paruis diſſentire nō videt̄ diſſenſus. ⁊ pzopter hoc nihil pzohibet aliquos charitatē habentes in opinionibus diſſentire.nec hoc repugnat paci. Opiniones enim pertinent ad intellectū qui pzecedit appetitū qui ꝑ pacē vnitur. Diſſenſio ergo in opinionibus ⁊ minimis repugnat quidē paci perfecte patrie que eſt qua plene v̄itas cognoſcet̄.⁊ oīnis appetitus quietabit̄.ſed non paci imperfecte vie. Pax ſm catholicon dicit̄ a pacto.quia poſt pactū fit pax. Et ſm ethimologiā dicit̄ quaſi p̄lium arcens.quia expellit p̄lium vt ſuū ꝯtrariū ꝙ ſumme ē odioſum ⁊ merito. Nā innumera mala oꝛiunt̄ ex eo. Vñ dauid p̄elegit peſtē poti⁹ q̄ȝ p̄lium.ij. Re.vlti. Pax hȝ tres l'ras q̄ rep̄ſentant.ꝑ p.patrē.ꝑ a.rep̄ſentat̄ amoꝛ ſpūſſcti ꝑ x.chꝛiſtus dei filius. Nā ſumma ⁊ pꝛima pax.vñ omnis alia oꝛiginatur eſt trinitas. Vñ canit eccleſia. Tu caritas.tu puritas.tu pax ⁊c̄.

De pace ꝙ ſit ... charitatis

ꝙ in ... ſententia ... opinionibus ... etiā ... charitatem ... ſentientes

## Pacem omnia appe. §.II.

tunt ſm beatū Auguſtinū.xix.de ciuitate dei.⁊ Dioniſius de diui.no.quā ꝯcluſionē ſic declarat b.tho.vbi ſ.arti.ij. Ex hip̄o ꝙ hō aliq̄d appetit ꝯſequēs eſt ip̄m appetere aſſecutiōȝ ei⁹.⁊ ꝑ ꝯſequēs remotiōȝ coꝝ q̄ ꝯſecutiōȝ impedire pn̄t. Pōt aūt īpediri bonū ſeu boni deſiderati aſſecutio.ꝑ ꝯ̄riū appetitū ſui vl' alteri⁹. ⁊ vtrūqȝ tollit̄ ꝑ pacē vt ſ.dictū eſt Et iō neceſſe ē ꝙ oē appetēs appetat pacem. inquantum ſcilicet omne appetens appetat trāq̄lle.⁊ ſine īpedim̄to ꝑuenire ad id qd̄ appetit. ī q̄ conſiſtit ratio pacis.quam beatus auguſtinus diffinit eſſe tranquillitatē oꝛdinis. Nec obſtat quod Dioniſius

dicit. ꝙ pax eſt vnitiua conſenſus. Nam pax impor-
tat nõ ſolũ vnionẽ appetitus intellectualis aut rõnalis
aut ſenſual' ad q̊d pt ptinere ꝯſenſus. ſed etiã ꝯnatural'
vt in ꝯſenſu importet vnio appetituũ ex cognitõne pce
dẽtiũ. ꝑ cõnaturalitatẽ ꝟo vnio appetituũ naturaliũ.
Nec eñ obſtat ꝙ aliq̇ bella faciũt. Nã t'les nõ deſiderãt
niſi pacẽ. quã ſe habere nõ extimãt. Vñ btũs. aug⁹. xxiij
q. j. noli. Nõ eni pax querit' vt bellũ exerceat'. ſ3 bellũ ge-
rit' vt pax ꝯſequat' bellãdo. g̃ eſto pacific⁹. ⁊c. Itẽ pax q̃
eſt maloꝝ ẽ apparẽs ⁊ nõ vera. Vñ dicit' Sap. xiiij. In
magno viuẽtes inſcitie bello. tot ⁊ tãta ſ magna pace ar-
bitrati ſũt. Et ẽ triplex pax mala. ſ. inordinata. vt cu3 — *De triplici pace mala.*
ſuꝑior obedit inferiori vt rõ ſenſualitati. vl' platus ſub-
dito. Hãc pacẽ ſeruauit Adã potius obediens vxori q̃3
voci dñi. Geñ. iij. Nõ decet ſeruũ dñari pncipibꝫ. puer.
xix. Secũda ẽ pax ſi'ata. q̃lis fuit iude ꝓditoris ĩ oſcu
lãdo xp̃m. Et ioab ad amaſan. ij. Regũ. xx. pſ. xxvij Lo
quũtur pacẽ cũ ꝓxio ſuo mala aũt ĩ cordibꝫ coꝝ. Ter-
tia eſt pax inq̇nata. ſ. q̇ ſũt in malo ꝯcordes. vt herodes
⁊ pilatus facti amici ĩ paſſiõe chriſti. Mat. x. Nolite ar-
bitrari ꝙ venerim mittere pacẽ ĩ terrã. Itẽ b. aug. xix. de — *De ſpẽbꝫ*
ciui. dĩ. ponit m'tas ſpẽs pac3 eas diffiniẽs. Dicit eñ ꝙ — *pacis ſm*
pax corꝑis ẽ ordĩata tꝑatura ptiũ. Pax aĩe irrõnal' ordi — *Auguſti.*
nata reques appetitõnũ. Pax aĩe rõnal' ordĩata cognitõis
actõiſq3 ꝯſẽſio. Pax corꝑis ⁊ aĩe ordĩata vita ⁊ ſal⁹ aĩan-
tis. Pax hoĩs mortal' et dĩ ordĩata ĩ fide ſub eterna lege
obediẽtia. Pax hoĩm ordĩata ꝯcordia. Pax dom⁹ ordĩa
ta ĩperãdi obediẽdi ꝯcordia inhabitãtiũ. Pax ciuitat3
ordĩata imꝑandi obediẽdi ciuiũ ꝯcordia. Pax celeſt3 ci-
uitat3 ordĩatiſſima ⁊ ꝯcordiſſima ſocietas fruẽdi dõ ⁊ ĩ-
uicẽ ĩ dõ. Pax oĩm reꝝ trãq̇llitas ordĩs. Ordo aũt ẽ pa
rium. diſpariũq3 reꝝ ſua cuiq3 loca tribuẽs diſpoſitio.

## Beneficientia nõ eſt. §. III

virtus ſpẽal'. Et rõ ẽ. q2 actus interior ⁊ exterior nõ req̇-
rũt diuerſas virtutes. Sed benificiẽtia ⁊ beniuolẽtia ñ
differũt niſi ſic act⁹ interior ⁊ exterior. q2 beneficiẽtia eſt
executio beniuolentie. Vnde ſicut beniuolẽtia nõ ẽ alia
virtus a charitate. ita nec beneficiẽtia. Eſt aũt act⁹ chari
tatis exterior. Qð ſic declarat b. Tho. ij. ij. q. xxxix. Bene
ficiẽtia nil alið imꝑtat q̃3 facere bonũ alicui. Põt aũt h̃
bonũ ꝯſiderari dupl'r. Vno mõ ſm coẽm rõem boni. ⁊
hoc ꝑtinet ad cõem rõem bñficiẽtie. Et h̃ ẽ act⁹ amicitie
⁊ ꝑ cõſequẽs charitatis. Nã in actu dilectõnis includit'
beniuolentia ꝑ quã q̇s vult bonũ amico. vt s̃ dictũ eſt
Volũtas aũt eſt effectiua coꝝ que vult ſi abſit facultas
⁊ ideo ex cõſequenti benefacere amico ex actu dilectiõis
ꝯſequit'. Et ꝓpter h̃ bñficia ſm cõem rõem ẽ amicitie vel
caritatis actus. Si aũt bonũ q̊d q̇s facit alteri accipiat'
ſub aliqua ſpeciali rõe boni. ſic beneficiẽtia accipiet ſpe
cialẽ rõnem. ⁊ ꝑtinebit ad aliquã ſpecialẽ virtutem. ſic ſi
faciat bonũ ꝓximo ſub rõne ſubleuãtis miſeriã eius. ꝑ-
tinebit ad miſcðiam. Si ſub rõe debiti vt parẽtibꝫ per- — *De bene-*
tinebit ad iuſticiã. ⁊ hmõi. diſt. lxxvj. Nõ ſatis ẽ bñ velle — *ficiẽtia ꝙ*
niſi ſtudeas etiã benefacere. Eſt aũt benificientia exer — *exercẽda*
cẽda ad oẽs ſi fieri pt. cũ dilectõ charitatis ſe extẽdat — *eſt ĩ oĩs.*
ad oẽs. ꝓ loco tñ ⁊ ꝓ tꝑe ſm debitas circũſtãtias. Pec-
catoribꝫ aũt in neceſſitate etiã eſt ſubueniẽdũ ad ſuſten
tatõem nature. nõ ad fomẽtũ culpe. Unde dicit b. Au-
guſti. v. q. v. Nõ oĩs. ꝙ vtili⁹ luxuriãti panis ſubtrahit'
q̃3 frãgit'. ſi de cibo ſecur⁹ iniuſticie acquieſcat. Et ſic eti-
am excoĩcatis ⁊ infidelibꝫ ĩ necitate eſt bñfaciẽdũ ⁊ ſub-
ueniendũ. magis aũt ꝯiunctis ceteris paribꝫ poti⁹ ſub-
ueniẽdũ ẽ. Dicit eñ b. Tho. vbi s̃ ꝙ ꝟtus ⁊ gr̃a imitant'
ordinẽ nature. q̇ ẽ ex diuĩa ſapĩa inſtitut⁹. Eſt aũt tal' or
do nature vt vnũquodq3 agẽs naturale ꝑ ꝓ⁹ magis dif
fundat ſuã actõem ad ea q̃ ſũt ſibi ꝓpinq̇ora. ſic magis
calefacit ignis rẽ ſibi magis ꝓpinquã. Exhibitõ aũt bñ
ficioꝝ eſt q̇dã actio charitatis in alio. ⁊ iõ oportet ꝙ in ꝓ-
pinq̇s magis fiat beneficiẽtia. ſed ꝓpinq̇tas vni⁹ hoĩs
ad aliũ pt attẽdi ſm diuerſa in q̇bꝫ homies ſibi coĩcant
vt ꝯſãguinei ĩ naturali cõicatõne. ciues in ciuili. fideles
in ſpũali. ⁊ ſic de alijs. Et ſic ſm diuerſas ꝯiũctões ſunt
diuiſis diuerſa bñficia diſpẽſanda. Nã vnicuiq3 ẽ mag3
exhibẽdũ bñficiũ ꝑtinẽs ad illã rem ſm quã ẽ nob ma-
gis ꝯiunctus ſimpl'r loquendo. tñ hec pt variari ſcðm
diuerſitatẽ tꝑm locoꝝ ⁊ negocioꝝ. Nã in aliq̊ caſu ẽ ma
gis ſubueniẽdũ extraneo neceſſitatẽ extremã patienti q̃3
pñi nõ ſuſtinẽti tãtã. De bonis aũt debitis alteri q2 eiuſ
ſunt pl⁹ tenet' ei bñfacere reddẽdo q̃3 ꝯiũctis. niſi ꝯiun-
cti eẽnt in tanta neceſſitate ꝙ liceret ei furari ad ſubueni
endũ eis. niſi ⁊ ille cuius ẽ res eſſet ĩ ſili neceſſitate. In q̊
caſu pẽſanda ẽ ꝯditio vtriuſq3 ⁊ alias ꝯditões pruden
tis iudicio. q2 in talibꝫ nõ põt dari vniuerſalis regula.

# Titulus ſeptimus de ſpe

### De triplici ſpe. ⁊ eius quidditate. ⁊ fructibꝫ. Ca. j.

Sequitur de ſpe que ẽ
ſecũda virt⁹ theologica. ad quã hortat' ſcrptu-
ra dicens pſ. xxxvj. Spera in dño. ⁊c. Tri-
plex aũt ẽ ſpes. vi3 natural' ꝟtual'. ⁊ crimĩal'. Spes na-
turalis eſt quedam paſſio. Vñ ⁊ phus dicit ꝙ iuuenes — *Q, eſt tri*
ſũt magne ſpei. Hoc eſt cõe nobis ⁊ brutis. ꝑ expientia3 — *plex ſpes*
eni videmus ꝙ canis mouet' ad inſequẽdũ leporẽ. ⁊ an
cipiter auẽ. ⁊ hoc q̇dẽ nõ faceret niſi q2 ſperat aſſeq̇. cau
ſat' hec paſſio ĩ vi iraſcibili q̃ eſt etiã ĩ brutis. ſm b. Tho
mã in. iij. ſeñ. diſt. xxvij. Cũ eñ oĩs paſſio ſit in ꝯcupi
ſcibili vl' iraſcibili oĩs illa paſſio de cui⁹ intellectu ẽ appe
titus ĩ bonũ vl' ꝯueniẽs. ſimpl'r ẽ in concupiſcibili. ſicut
amor. delectatõ. ⁊ hmõi ⁊ oppoſita hoꝝ. Oĩs aũt illa
paſſio de cui⁹ ĩtellectu ẽ mot⁹ ĩ bonũ cũ circũſtãtia diffi
cultatis eſt in iraſcibili. ⁊ huiuſmodi ſunt oĩa illa que
importãt bonũ vel malum cũ duratõne alicui⁹ quãtita
tis. ſicut ira que exurgit ex magna leſione quã quis po-
teſt vindicare. ſed nõ in ꝓmptu. Timor nõ eſt de quoli-
bet malo ſed de magno cui nõ põt reſiſti. vel difficulter
Spes importat modũ appetitus in aliquod bonũ cõ-
menſuratũ appetenti. Nõ eni eſt de bono ⁊ tãto ad q̊d
nullo modo poteſt perueniri. Nec tamẽ de tã paruo qð
pro nullo habeat'. ſed de eo q̊d eſt difficile haberi. ꝓpter
quod dicit' arduũ. Et ſic arduũ addit quãdã ſpecialem
ratõnẽ bonitatis ſc3 p̃cioſitatẽ quãdã ex hoc ipõ qð nõ
de facili poteſt haberi. ſicut dicit' Oĩe rarũ carũ. Dif-
fert autẽ in h̃ ab audacia. q2 audacia importat extenſio
nẽ appetitus in aliquod arduum vt repellatur malum
Spes autẽ extenſionẽ appetitus in arduũ bonũ vt ac-
quirat'. Sed q2 de ſpe ꝓut eſt paſſio dictũ eſt ſup̃ in pri
ma parte. ideo hic nõ aliud de ea dicit'. Naturalia tamẽ
nõ ſunt vicia nec virtutes. Spes virtualis eſt virt⁹ the
ologica. de qua pſ. lxxj. Tu es dñe ſpes mea. ⁊ eſt ibi p̃-
dicatõ per cauſã. id eſt tu es cauſa ſpei mee. Vbi etiã ſci-
endũ ſcðm beatũ Thomã in. iij. ſen. diſt. i. ij. ꝙ ſpes vltra
acceptõem predictã ſc3 ꝑ paſſiõe ſm ꝙ ſumit' in bonu3 — *Q, ſpes*
accipit' q̃druplicaiter. Vno mõ prout nomĩat habitũ in — *accipit' q̃*
clinantẽ ad actũ volũtatis ſimulẽ actui ſpei que ẽ paſſio — *druplicit'*
partis ſenſitiue. vt ibi. j. Corinth. xiij. Nũc manẽt fides
ſpes charitas. Secũdo modo ꝓut nomĩat actũ ꝓcedẽ-
tem a tali habitu. ⁊ ſic eſt actus virtutis. vt ibi in pſ.
Moab olla ſpei mee. Moab ſignificat malos qui ſũt
olla facientes ſua perſecutõne ferueſcere ⁊ coquere. id eſt
perficerere ſpem noſtrã. Tertio mõ prout nomĩat rẽ per
fectã ⁊ ſperatã. ⁊ ſic eſt obiectũ virtutis. vt ad Titum.
ij. Expectantes beatam ſpem. id eſt viſionem beatam

ſperatā. Quarto mō ꝑut noīat certitudinē q̄ ſeq̄r ſpem. vt ibi ad Ro. v. ꝓbatio vō ſpei. i. ſpei certitudinē. ⁊ ſic nominat ſtatū ꝑfectiōis in vtute q̄ꝫtū ad certitudīs intētionē. Eſt aūt ſciendū ꝙ ſpes q̄ eſt vtus nō opponit̄ timori q̄ eſt donū. q̄uis illa ſit de bono futuro. iſte ō malo futuro. Et rō hꝰ eſt. qꝛ ſpes ſe extēdit in deū ex ꝯſideratiōe diuīe largitatis. timoꝛ vō dicit reſilitionē ex ꝯſideratiōe ꝓꝑie ꝑuitatis. ⁊ ita nō eſt ſꝫm idē reſilitio timoris ⁊ extēſio ſpei. Vñ nō ſunt ꝯtraria. cū ꝯ̄ria ſint ſꝫm idē. Spes criminal' ſolo noīe ⁊ īꝓꝓe ō ſpes ꝓpter aliquā apparētem ſil'itudinē quā hꝫ cū ip̄a. de q̄ ōꝛ in ps̄. Nolite ſperare in iniq̄tate. Et in euāgelio Lu. vj. Mutuū date nihil inde ſperātes. Nā talis ſpes q̄ tn̄ impꝓꝑe ⁊ large ōꝛ ſpes. in mutuo inducit vſurā. ex̄ de vſu. ꝯſuluit. Q̄ð intelligit̄ qñ talis ſpes eſt cā ꝑncipalis mutui. De iſta tn̄ materia plene habes ſupꝛa in. ij. pte tit. j. Et ōꝛ ſpes ſꝫm ethimologiā. qꝛ eſt ſpes ꝓgrediēdi ad ardua. q̄ſi pes dicta. vt ōꝛ in catholicon.

## Nota ſꝫm iſtā largā ac. §. I.

ceptionē ſpei. i. in malū ſꝫm Guil. in ſuma vtu. ꝙ ip̄a eſt triplex. Prima eſt ꝯfidētia de ſeip̄o. Scða eſt ꝯfidentia de alio. Tertia eſt ꝯfidentia de aliq̄ vano. De p̄ma dicit̄ Prouī. xxviij. Qui ꝯfidit ī corde ſuo ſtultꝰ eſt. Vere aūt ſtultꝰ eſt ꝯfidēs de ſe q̄ ꝓꝓꝛꝰ loquēdo p̄ſumptio eſt. Naꝫ hō nō eſt ſufficiēs ex ſe. nec ad ſuſtinendū. nec ad defendendū ſe. nec ad merendū ꝙ hō nec aliq̄ alia creatura ſit ſufficiēs ad ſuſtinendū. ex ſe oñdit Grē. dī. Eſſe oīm q̄ ō nihilo ſunt. in nihilū tenderēt. niſi ea oīm actu manu regiminis retineret. Scðo nō eſt ſufficiēs defendere ſe ab hoſtibꝫ ſuis. īmo a demonibꝫ cito ꝑimeret̄ niſi a deo ꝓtegeret̄. Treñ. iij. Miſericordie eiꝰ ꝙ nō ſumꝰ ꝯſumpti. Tertio eſt inſufficiēs ad merendū. qꝛ nec ex ſe ſufficit bonum vnū incboare ſeu bonā vitā accipe. ij. Coꝛ. iij. Nō ꝙ ſufficiētes ſimꝰ aliq̄d cogitare a nobis q̄ſi ex nob̄ ⁊c̄. Cogitatio aūt p̄mū opus eſſe videt̄. Pōt hō ſe ꝑimere. ſed nō ſe reſuſcitare. Oſee. xiij. Perditio tua ex te iſrl'. tm̄ in me auxiliū tuū. Secūdo eſt inſufficiēs in bono īchoato ꝑſeuerare. Grego. Cito bonū amittit̄ niſi a largiente cuſtodiat̄. Tertio in bono inſufficiēs eſt ꝑficere. ps̄. lxxx. Beatꝰ vir cuiꝰ eſt auxiliū abs te ⁊c̄. Cōfidentia ſeu ſpes in alio hoīe eſt fallax ⁊ ꝯfundēs hoīem. Eſa. xx. Cōfundent̄ ab ethyopia ſpe ſua. ⁊ ꝯfidūt hoīes in altero aliqñ ratiōe ꝑtātis. ſꝫ ōꝛ his Eſa. xxxj. Ve q̄ deſcēdunt in egyptum ad auxiliū ſperādū. ⁊ nō ſunt ꝯfiſi ſup ſctm̄ iſrael ⁊c̄. Aliqñ rōne ꝯſanguinitatis. Sꝫ ōꝛ Hiere. xvij. Maledictus vir q̄ ꝯfidit in hoīe. ⁊ ponit carnē. i. parentelam brachiū ſuū. i. robur ſuū. Aliqñ rōne malicie ⁊ iniq̄tatis ps̄. lxj. Nolite ſpare in iniq̄tate ꝑ aſtutias hoīm putantes obtinere q̄ volūt. Cōfidentia in re vana eſt ꝯfidētia vel in vita tp̄ali q̄ breuis ⁊ momētanea eſt. Sapie. v. Spes impij q̄ſi lanugo q̄ a vēto tollit̄. Vel ꝯfidere ī diuitijs. j. ad Thi. vj. Diuitibꝫ hꝰ ſeculi p̄cipe nō ſperare in incerto diuitiaꝝ. ſꝫ ī deo viuo. Vel ꝯfidere in fama ⁊ opinione hoīm. Job. viij. Spes hypocrite ꝑibit. q̄d eñ hypocrita in cūctis ſuis opibꝫ ſperat niſi honorē. reuerētiam. gl'iam laudis. a melioribꝫ metui. ſanctꝰ ab omnibꝫ vocari. ſꝫ ꝑibit iſta ſpes. qꝛ eternitatē nō q̄rens fugit q̄ð tenet. qꝛ eiꝰ intētio in illa gl'ia nō figit̄ q̄ ſine fine poſſidetur. Job. ſic tele araneaꝝ fiducia eiꝰ. ſ. hypocrite. Ois ḡ iſta mala īꝓꝓe dicta ſpes abijciēda eſt.

## Spes que eſt virtus. §. II.

theologica ſic diffinit̄ a magiſtro ſñiaꝝ in. iij. Spes eſt certa expectatio future beatitudinis ex meritis ⁊ gr̄a ꝓueniēs. Vbi tangunt̄ tria de ip̄a. Primo eiꝰ actū. ibi certa expectatio. Scðo eiꝰ obiectū. cū ſubdit̄ future beatitudinis. Tertio meritū. cū ōꝛ ex meritis ⁊ gr̄a prouenienſ.

Quantū ad p̄mū. ſ. cū ōꝛ certa expectatio. eſt ſciendū ꝙ ſicut oēs alie vtutes ꝑticipāt aliq̄d a charitate. i. deſideriū ſummi boni ꝓpter q̄ð opant̄. Ita iſte actus q̄ eſt expectare p̄ncipalius ꝯuenit ſpei. ⁊ ille virtutes q̄bꝫ ꝯuenit ille actus expectatiōis. vt patiētia. longanimitas. ⁊ magnanimitas ꝑticipāt ip̄m actū a ſpe. Nā expectatio patiētie eſt expectatio diuini auxilij in periculis. per longanimitatē expectat q̄s diuinū auxiliū in laboribus tendens diu in aliq̄ð bonū arduū obtinendū. Per magnanimitatē expectat q̄s diuinū auxiliū vt tendēs ī aliquod bonū arduū tp̄ale. Sꝫ expectatio ſpei eſt expectatio boni ardui eterna vel poſſibilis adipiſci qualis ē eterna beatitudo obiectū ſpei. h. Tho. Eſt aūt actꝰ ꝓꝑꝛꝰ ſpei expectare. nō ſperare futurā. ſ. beatitudinē. Huiꝰ ratio ē. qꝛ cum ſpes tēdat in bonū poſſibile nob̄ adipiſci. ſi ſpes tendat in bonū obtinendū ſꝫm ꝓꝑiā virtutē. ſic ōꝛ ſpes ſperare tm̄. Sed ſi tendat in aliquod bonū obtinēdum ꝑ virtutē alienā. ſic ꝓꝑie ſpes dicit̄ expectare. Et hec tuo tangit apoſtolꝰ ad Ro. viij. Si q̄ð videmꝰ ſperamus ꝑ patientiā expectamus. h. Tho. p̄ma ſcðe. Iſta aūt expectatio ōꝛ certa. vt ꝑꝫ in diffinitiōe ad oñdendū ꝙ ſpes p̄ſuppoſuit facultatē ⁊ facit certitudinē ꝑueniēdi in beatitudinē futurā. Vñ apl'us q̄ habebat certitudinē illius beatitudinis. ⁊ hoc nō niſi ꝑ ſpem dicebat. ij. ad Thi. ij. Scio cui credidi ⁊ certus ſum. qꝛ potēs eſt depoſitū meum ſuare ⁊c̄. Si aūt arguat̄ ſic in ꝯtrariū. certitudo eē nō poteſt. de eo q̄ð pōt deficere. Sed multi viatores habentes ſpem deficiūt a ꝯſecutiōe beatitudinis. ḡ ſpes viatoꝝ nō hꝫ certitudinē. Rñdeo ꝙ aliq̄ hñtes ſpem future beatitudinis. hñt certitudinē ꝯſequēdi eā ex quinq̄. Pri̇o ex auxilio diuīe oīpotētie. Scðo ex auxilio diuine miſericordie immēſe. Tertio ex infinita dei liberalitate. Quarto ex eterna dei ordinatiōne. Quinto ex liberi arbitrij ab peccati inflexibilitate. qꝛ ſcꝫ nō ponūt obſtaculū ſupꝛadictis alicuiꝰ pct̄i. Et hāc certitudinē hñt vel habuerūt oēs in gr̄a ꝯfirmati. Aliq̄ vō hñtes ſpem future beatitudinis deficiūt a ꝯſecutiōe eius. nō q̄dem ex defectu diuini auxilij. q̄ð in p̄dictis q̄ttuoꝛ ꝯſiſtit. ſꝫ ex defectu liberi arbitrij ponētis obſtaculū pct̄i. ita ꝙ certitudo ſpei quā ſcꝫ ſpes habet de obtinēdo vitā eternā. cauſat̄ ex quattuoꝛ ſupꝛadictis. ſ. ex dei oīpotētia. miſericoꝛdia. liberalitate. ⁊ eterna oꝛdinatiōe. certitudinaliter ⁊ infallibiliter. quantū eſt de ſe oꝛdināribꝫ nos in vitā eternam ⁊ dirigentibꝫ. Sꝫ qꝛ q̄ꝫdiu ſumꝰ in hac vita poteſt eē accidentale impedimētū pct̄i moꝛtalis ne ſpes q̄ de ſe certitudinē hꝫ finē ſuū ꝯſequat̄. ideo in hac vita cū ſpe habēdi vitā eternā adiūgit̄ timoꝛ ſeꝑatiōis a deo. h. Tho. in. iij. ſen. dī. xxvj. Addit̄ tertio in diffinitiōe. future beatitudinis. Nā ꝓꝑium ⁊ pꝛimū obiectū ſpei eſt beatitudo futura. q̄ in dei viſione ꝯſiſtit. Vñ apl's ad Heb. vj. Habemꝰ ſpem ſicut anchoꝛā tutā ⁊ firmā incedētē vſq̄ ad interioꝛa velaminis. Expoſitio. habemus. i. hr̄e debemus. ſ. anchoꝛā tutā. ſ. ab omni malo tuentē. ⁊ firmaꝫ. i. ī omni bono nos ꝯfirmantē. incedentē. i. incedere facientem. vſq̄ ad interioꝛa velaminis. i. celeſtem beatitudinē nobis velatam in via. In cuiꝰ figura Exoð. xxvj. dicitur ꝙ velum ponebat̄ inter ſancta ⁊ ſancta ſanctoꝝ. quod ſignificat beatitudinē nobis velatam hic. j. ad Coꝛinth. ij. Oculus non vidit ⁊c̄. Rō ad hoc eſt. quia ſpes innitit̄ virtuti infinite dei. ſed ꝓꝑꝛiuꝫ eſt infinite virtutis ad bonum infinitū ꝑducere quod eſt vita eterna. que in dei ꝑfecta fruitione conſiſtit. Ergo ſpes eſt expectatio future beatitudinis. beatꝰ Thoīn. ij. ij. Et nota ꝙ ſicut finis reſpicit pꝛincipaliter deum. ſecundario reſpicit etiam alia que oꝛdinātur in deū vt miſteria incarnatiōis. ſacramēta. ⁊ que ꝯ̄tinent̄ in ſacra ſcꝑtura. ita ſpes pꝛincipal'r re-

ꝙ ſpes in malo accipiēdo eſt triplex. ſ.

De ſpe vt eſt virtus theologica. q̄d ſit.

Quid ratio ē. actꝰ ꝓꝑꝛꝰ ſpei ſpei.

De certitudine ſpei.

De obiecto ſpei future beatitudinis.

ſpicit beatitudinē ſupnā.ſecūdario aliqua alia inq̃ztum ordināt nos ad cōſecutōem beatitudinis. Nō eñ lʒ ſpe rare aliq̃d bonū ꝑter beatitudinem ſicut vltimū finem. ſed ſicut id q̃d ē ordinatū ad ꝯſequendū beatitudinem ſicut remiſſio peccatoꝝ.augmētū grē.ſubleuatōem ī pe riculis ne deficiat.ꝛ hmōi. Et ſignāter ḋr in diffinitōne future.q2 ſpes ē de inuiſibilib9 nō habitis ſed habēdis Et nota ꝙ ꝑdeſtinatus ꝑ ſpem expectat vitā eternam ꝛ futurā quā ē habiturus.ꝛ q̃ztū ad ſuā extimatōez ꝛ ſm rei veritatē. Preſcitur aūt q̃zuis nō ſit habiturus vitaʒ eternā.ꝛ ita nō ſit ei futura in rei veritate.tamē ē ei futu ra ſm ſuā extimatōem.alr̃ enī nō expectaret Tho.in.iij. ſeñ.

De medio q̃ beatitudinez cōſeq̇mur

Demū ponit mediū ſeu modū attingēdi ꝑmium ꝛ ꝯſequēdi ipm.cū ḋr in diffinitōe mgr̃ ſen.ex meritis ꝛ grā ꝓueniens. Nō aūt dr̃ ſpes ex meritis ꝛ grā eo ꝙ ipe habitus ſpei ꝑ quā aliq̇s expectat futurā beatitudinem cauſet ex meritis.ſed pure ex gratia. vnde ē habitus in fuſus vt fides ꝛ charitas. Sed dr̃ ſpes ꝓuenire ex gra tia ꝛ meritis ꝑcedētib9 q̃ztū ad duo. Primo q̃ztum ad actū ſpei formate inq̃ztū ḋi gratia ꝛ merita ꝑcedētia pro ducūt actū ſpei. Ubi nota ꝙ ſpes nō ꝑſupponit meri ta in actu:ſed in ꝓpoſito. Nō eñ aliquis ſperat ꝓpter me rita quaſi merita exiſtētia ꝓducūt actū ſpei.ſed q2 ꝑ me rita q̄ ꝓponit ad beatitudinē ſe ꝑuenire ſperat. Secū do mō ſpes dr̃ ex meritis ꝓuenire q̃ztū ad obiectū .ſ. q̃z tū ad ipam rē expectatā.put ſcʒ aliq̇s ſperat ſe beatitu dinē adepturū ex dei gratia ꝛ meritis ꝑcedētibus. Et ꝓp ter hoc dicit magiſter ſeñ.in.iij. diſt.q.xxvj.ſic.ſine meri tis aliq̃d ſperare.nō ſpes ſed ꝑſumptō dici pt̃. Tho.ī iij. diſt.xxvj.ꝛ Ray.in ſumma.

## Pro maiori decla- .§.III.

De q̃tuor mōis cauſe efficientis.

ratōne vltime ꝑtis diffinitōis ſpei. Sciendū ꝙ mōi cau ſe efficientis ſūt q̃ttuor.vt ḋt Auicē.in metha.ſua. Pri ma cā efficiēs ē q̄ in inducēdo formā ſubſtātialē vl' acci dētalē vltimā ꝑfectōem cauſat. Scḋa cā efficiēs ē di ſponēs q̄ ad receptōem forme materiā ꝑpat vl' diſpōit Tertia cā efficiēs eſt coadiuuās.q̄ ad ꝑme cauſe effe ctū opam ꝑſtat. Quarta cauſa efficiēs eſt ꝯſilians q̄ alteri finē ꝛ formā agēdi oñdit. Iſtis quattuor mōis pt̃ aliq̇s eſſe cauſa alteri9 ad btitudinē ꝯſequēdā. Pri ma eſt cauſa efficiēs vt ꝑficiēs ſcʒ diuiña grā vl' miſcḋia Ps. Grām ꝛ gl'iam dabit dñs. Secūda cā ſufficiēs vt diſponēs ſūt opa meritoria. Unde apl's.j.ad Corin. Unuſquiſq3 ꝓpriam mercedē accipiat ſm ſuū laborem. vbi etiā notandū ꝙ opa nr̃a ſi ꝯſiderant̃ ſm ꝙ ꝓcedūt a propa voluntate ſeu ſm ꝓpriam eorum virtutē. ſic nō pñt mereri vitā eternā de cōdigno ꝓpter maximā diſtan tiam noſtri meriti ad vitā eternā.ꝓpter q̃d apl's ad Ro manos.viij.ait. Nō ſūt cōdigne paſſiōes hui9 t.ꝛc. Me rentur tamē ipa opa nr̃a de cōgruo. Nā ꝛ ꝯgruū eſt vt homī operanti bene ſm ſuā virtutē.ḋs ſm ſue virtutis intelligentiā recompēſet. Si aūt ꝯſiderātur opa noſtra put ꝓcedūt ex grā ſpūſſancti inhabitātis aīam. ſic ḋ cō digno meret̃ vitā eternā eo ꝙ opus nr̃m habet efficaciā ex ꝑte dei mouētis. Tho.ꝑma ſecūde.q.cxiiij. Et Berñ. h̄ dicit ſuꝑ Cañ.hoc totū homīs meritū ſi totā ſpem ſuā ponat in eo q̃d totū ſaluū fecit. Tertia cauſa efficiens vt coadiuuās ad beatitudinē eſt alterius oratō deuota. Nulli eñ licet ſperare de aliquo homīe vl' de aliqua cre atura ſicut de agēte ꝑncipali.ſed ſicut de agente ſecūda rio ꝛ inſtrumētali.ꝑ q̃d aliquis adiuuat̃ ad queciiq3 bo na ꝯſequēda in btitudine ordinata. Et hoc mō ad ſctōſ nos ꝯuertim9 ꝛ aliq̄ ab hoīb9 petimus. Tho.ij.ij.q.xvij Et ſic ꝓ̄go maria dr̃ ſpes nr̃a'.ſ.ſuffragij a q̄ debem9 ꝑ̄ cipue ſperare adiuuari.vt cū ſecūdario agente. ꝛ de hac cauſa coadiuuāte ait apl's.j.ad Corin.ix.Coopatores ſu

De q̃tuor mōis q̄b9 q̇s pt̃ eſſe cauſa alteri9 ad beatitudinez.

Q̄ð ordī- bus ſcōꝝ ꝓcedim9 ſal uari.

mus dei. Adiuuamus enī deū ad ordināndū alios in fu tura beatitudinē nō propter defectū ꝟtutis eius.cuʒ ſit ꝟtutis infinite.ſʒ inq̃ztū ḋs ſuā ꝑ nos exequit̃ actōnem. ſicut t ñs ꝑ ſuū ꝛ agēs ꝑncipale ꝑ inſtrumētale. Eſt aūt differētia inter agens creatū ꝛ increatū.q2 agēs cre atū ſine medio agere nō pt̃.q2 eſt finite ꝟtutis. Sʒ agēs increatū ſcʒ ḋs cū ſit infinite virtutis pt̃ agere ſine aliq̄ medio ꝑ ſeipm. Agit tñ mlt̃a ꝑ medias cās. Et h̄ ſpēali ter propter tres rōnes. Prima propter mōi decorem. Nā mōi decor ꝛ pulcritudo in hoc ꝯſiſtit ꝙ quidā ſunt alioꝝ cauſe.ꝛ quidā eoꝝ effectus. Secūda ē propter dei ꝑfectōem. Nā cū ḋs ſit bonitatis infinite ſuā boni tatē voluit reb9 creatis cōmunicare.nō ſolū q̃ztū ad hoc ꝙ ſint.ſed etiā ꝙ ſint alioꝝ cauſe. Tertia ē propter no ſtri inſtructōem.ſicut eñ apparet in naturalib9 ꝙ ſol ñ ſolū in ſe eſt lucidus ſed etiā ē alijs cauſa lumīs.ſic nos debemus eſſe cauſa beatitudinis nō ſolū nobis ſʒ etiaʒ alijs. Jaco.v. Qui ꝯuerti fecerit peccatorē.ꝛc. Quarta cauſa vt ꝯſilians eſt exhortatō vl' inſtructō vl' eruditio fraterna ad beatitudinē ꝯſequēdam.ad Rom.xij. Qui docet in docēdo.q̄ exhortat̃ in exhortando.ꝛc. Ray.ī ſū.

Saluat nos deus ꝑ medias cauſas ſcʒ orōēz ſeu merita ſā ctoꝝ quadruplici de cauſa.

## Deinde videndū ē.§.IIII.

de ſpe q̃ztum ad eius fructū quē ꝓducit. Secūdo q̃ztū ad eius ſubiectū in q̃ agit. Tertio q̃ztū ad eius actū quē ꝓducit. Quarto q̃ztū ad eius obiectū q̃d reſpicit. Et q̃z tū ad primū ſciēdū ꝙ ſpes opatur q̃ttuor magna bona Eſt enī ꝑmo dilectionis effectiua. Secūdo dilectōis ꝓ ductiua. Tertio opatōis ꝑfectiua. Quarto ꝑmiatōnis collatiua. Q̄ð aūt ſpes ſit dilectōis effectiua ꝓbat̃ rōne ꝛ autoritate. Rōe q̄dē.q2 ille q̄ ſperat bonū aliq̃d obtie re ſi ſua ꝟtute vel a ſeipo non poſſit illō bonū obtinere: illō diligit cui9 ꝟtute ꝛ auxilio ſibi poſſit illud ꝓuenire. Cū ḡ ſpes ſit expectatō future btitudīs.quā ñ poſſum9 ꝯſeq̄ niſi de ꝟtute.ex h̄ incipim9 deū diligere. Autorita te q̄dē idē oñdit̃.ḋt apl's ad Col'.j. Dilectōem quā habe tis ī ſcōs ꝓpt̃ ſpēm q̄ repoſita ē vob ī cel'. Ex q̃ ſeq̇t̃ ꝙ ſi ſpes celeſtis ꝑmij ē cā q̄ diligim9 ſcōs. m̄ltomagis ipſa ſpes fac̄ nos diligere deū tāq3 ꝑncipale obiectū btitudis future ꝛ cā. Sup illo etiā ꝟbo Mat.j. Abraaʒ genuit yſaac.yſaac aūt genuit iacob.ḋt glo.ſic fides genuit ſpeʒ Spes ꝟo dilectōez.ꝛ ſic dilectō ex ſpe cauſat̃. Secūdo ſpes ē delectatōis ꝓductiua. Rō ē bonū appheſū ꝯue niēs delectat.ſi enī bonū vt ꝯueniēs apphēdat̃ vt pñs ſic ſēſus q̄ ē boni pñtis ꝯueniētis ē cā delectatōis. Dele ctat̃ enī ſenſualitas ī vidēdo pulcra.ī audiēdo armoni am ſonoꝝ.ī guſtādo dulcia.ꝛ hmōi. Si aūt bonū vt cō ueniēs apphēdat̃ vt ꝑteritū.ſic memoria cauſat delecta tionē. Cū eñ q̇s actualr̃ recordat̃ aliq̄ꝝ geſtoꝝ ī q̄b9 af ficit̃ ſiue bona opa q̃ztū ad bonos.ſiue mala q̃ztum ad prauos ſic delectat̃. Si ꝟo apphēdat̃ bonū ꝯueniēs vt futuꝝ ſic ſpes cāt delcātōʒ. Cū ei q̇s ſpat adipiſci mḡnā dignitatē.vtilitatē.ꝑmiū.ꝛ hmōi. iñ ḋlectat̃ ꝑmaxīe cū ſpat ꝑmiū eťnū.iñ hʒ cāʒ delcātōnis ꝛ gaudij. Apl's ad Ro.xij.ſpe gaudētes.ibi gl'.amb.ñ niſi eťna ſpetis ꝛ iñ gaudebitiſ.gaudiū āt ſpat delcātōʒ creat̃ rōnal'. Itē ad Ro.xv.ḋs āt ſpei ſpleat vos oī gau.ꝛ pā. Ego āt ī dño ſpaui.exultabo ꝛ letabor ī mīa t. Hec ē ꝯ̄ q̃d ḋr ꝓū.xiij. Spes q̄ differt̃ affligit aīaʒ.q2 nimiꝝ q̃zdiu differt̃ ſpeſ eťnoꝝ affligūt̃ aīc fideliū. Ubi Beda.ſpes eťni ꝑmij af fligit aīaʒ.q2 nimiꝝ ꝙ differt̃ ſpes eťnoꝝ affligūt̃ aīe fi deliū. Nā ſpes alia rōe ē cā afflictōis. alia rōe cā ē dele ctatōis. Cā enī afflictōis ē rōe dilatōnis ꝑmij eterni ḋ q̃ ē ſpes. Cū ei ſpes ſit ḋ eterna btitudīe q2 t'lē bonū nō eſt pñs.ſʒ differt̃ ad ꝯſeq̄ndū vſq3 in finē rōne ſue dila tiōis triſtat̃. Sicut ꝛ mater de ſuo filio abſente ꝛ gau det ꝛ triſtat̃.gaudet inq̃ztum ſperat ipſum quem amat.

Quattuor ſūt effe ctus ſpei ī nobis.

reuerſuꝝ cū magno honore ꝛ ſui vtilitate. Triſtaꝛ eꝛ dilatione ꝯſiderās ꝑcipue ꝑicula q̄ ei pn̄t accidere ne reuertatur. Vn̄. pſ. lxj. Fuerunt mihi lacri. mee panes die ac noc. dū dr̄ mi. ꝑ ſingulos dies vbi eſt de⁹ tu⁹. Tertio ſpes eſt oꝑatiōis ꝑfectiua ꝛ auxiliatiua. Vn̄. pſ. xxxvj. Spera in dn̄o. ꝛ ſtatim ſubdiꝛ. Et fac bonitatē. Spes eni adiuuat ꝛ fortificat ad oꝑandū tripl'r. Primo ratōe ei⁹ qđ aſpicit. Scđo rōe ei⁹ qđ efficit. Tertio rōne ei⁹ qđ ꝑficit. Et q̄trū ad ꝓmū rōne ei⁹ qđ reſpecit. Reſpicit quidem ſpes ad beatitudinē futurā. q̄ cum ſit difficilis ad habendū. conatū ꝛ oꝑationē intēdit. Vn̄ apl's. j. Cor. ix Qui arat dꝫ arare in ſpe fruct⁹ ꝑcipiēdi. Vn̄ Aug. Qui arat. i. ꝑdicator q̄ corda hoim̄ ad finē apit. vel quicunqꝫ ali⁹ miniſter xp̄i ꝛ cooꝑator dꝫ arare. i. ꝑdicare vl' alia bona facere in ſpe ſtipēdioꝝ ſpūaliū. nō ꝓpter ſpem tꝑaliū. hoc eſt vt neceſſaria vite. ꝙ tn̄ nō ꝓpter illa ꝓncipaliter ꝑdicet. Hiero. ꝛ Seneca. Om̄e op⁹ leue fieri ſolet cū ꝑciū eius cogitaꝛ. Et ſpes ꝓmij ſolatiū fit laboris. Secūdo ſpes adiuuat ad oꝑandū rōe ei⁹ qđ efficit. Nā ſpes delectatiōem cauſat. vt dictū eſt in. §. ꝑcedēti. Delectatō autem ꝑficit op⁹ ſm̄ phm̄. Tertio ſpes adiuuat ad oꝑādū rōne ei⁹ qđ ꝑficit. Nā ſpes ꝑficit volūtatē ingn̄tū facit diligere vt dictū eſt ſupra in. j. §. hui⁹ capl'i. Sꝫ diligēs facili⁹ ꝛ forti⁹ oꝑaꝛ. ita dicit Aug⁹. j. li. ꝯfeſſi. Qui amat nō laborat. Om̄is labor amātib⁹ nō eſt grauis. Solū amor eſt qđ nomē difficultatis erubeſcit. Quarto ſpes eſt ꝓmij collatiua. Vn̄ pſ. xxxviij. Beat⁹ vir cui⁹ eſt nomen dn̄i ſpes ei⁹. Qđ exponēs Aug⁹. ait. Beat⁹ vir q̄ tꝑalia ab eo nō ſperat. ſꝫ illđ qđ indicat nomē ei⁹. ſ. ſalutem. i. beat⁹ q̄ ip̄m deū nō aliud a dō ſꝑat. Idē q̄ gaudet in ſpe tenebit ꝛ rē. Hec q̄ttuor q̄ ꝑdicta ſunt ponit Ray. piſanus in ſumma ſua.

Spes fortificat ad operanduꝫ tripl'r

## Et poteſt huic addi .§. V.

qđ habeꝛ in ſūma ꝯtutū. ſ. ſeptē ꝓmia ſeu vtilitates ꝯſequētes ex ſpe. Prīa eſt qꝛ eſt ꝑnīe directiua ꝛ incitatiua Null⁹ eni peniteret niſi ſperaret veniā. Amb. Nemo digne agere pōt pn̄iam niſi q̄ ſperauerit indulgentiam. đ pe. di. j. In hui⁹ figurā fuit ꝑceptū Deuꝛ. xxiiij. Nō accipias loco pignoris molā ſuꝑiorē nec inferiorē. Mola ſuperior que deꝑmit oꝑa hoīs q̄ facit ne eis eleuetur. eſt timor. Mola inferior q̄ retinet materiā ne in terrā deſcendat eſt ſpes que retinet hoīem a motu deſperatiōis. ne abſorbeaꝛ triſticia. inter iſta dꝫ eſſe mot⁹ corꝑis in pn̄ia. ꝛ nō ſꝑ dꝫ hr̄e apud ſe in mēte. Scđa qꝛ eſt ī anguſtijs ꝛ ꝑiculis magnis fortificatiua. Eſa. xl. Qui ſperāt ī domino mutabūt fortitudinē. di. xlvij. Om̄es. Hui⁹ exemplū habem⁹ de illa ſanctiſſima muliere de q̄ dr̄. ij. Machabeoꝝ. vij. ꝙ pereūtes ſeptē filios ſub vni⁹ diei tēꝑe ꝯſpiciēs bono an̄io ferebat ꝓpter ſpem quā in deū habebat. Tertia qꝛ eſt intelligentie apitiua. Sap. iij. Qui ꝯfidūt intelligēt ꝯitatē. Exemplū in abraā q̄ ex magna ſpe quā habuit in deū fuit illuminat⁹ ad cognoſcēdum quō deberet ſe hr̄e in illa ꝑplexitate cū deſcēdit ī egyptū circa vxorē ſuā. Aug⁹. Fecit qđ potuit. qđ nō potuit dō cōmiſit in quē ſꝑauit. nec eū fides aut ſpes fefellit. xxij. q. ij. que vt. Quarta qꝛ eſt in malis liberatiua. pſ. xxxj In te ſperauerūt patres nr̄i. ſperauerunt ꝛ liberaſti eos Exemplū de ſuſanna liberata a calumnia ſenū et morte Erat eni cor ei⁹ fiduciā hn̄s in dn̄o. vt dr̄ Daniel'. xiij.

De ſeptem ſpei effectibus ſeu vtilitatibus.

Quinta qꝛ eſt tēptationū diaboli triūphatiua. pſ. x. In dn̄o ſperaui. nō timebo q̄d faciet mihi hō. i. diabol⁹ In figurā dauid nō armat⁹ armis ꝓprie ꝯfidētie. ſꝫ confidentia dn̄i ꝓſtrauit goliath. j. Re. xvj. Sexto eſt capitis. i. intētionis hoīs ꝑſeruatiua. Vn̄ dr̄ ab apoſtolo galea q̄ caput cuſtodit. j. Thimo. v. Galeā ſalutꝭ aſſumite. id eſt. ſpem ſalutis. Ex intētione aūt iudicaꝛ op⁹ hoīs qui aūt ſperat in deū in oꝑib⁹ ſuis. nō poteſt niſi vti bona intētione. Septīa qꝛ eſt bonoꝝ multiplicatiua. pſ. lj. Ego aūt ſicꝫ oliua fructifera ī domo dei ſperaui ī mīa dei mei ꝛc̄. pſ. cxxix. A cuſtodia ma. vſ. ad no. ſpe. iſrl' in dn̄o. A cuſtodia matutina vl' vigiliā ſm̄ aliā lrām q̄ eſt q̄ſi initiū diei ſignat ꝓncipiū q̄ alicui īcipit apparere ſol vſus rōnis. Nox ſignificat finē vite. q. d. a ꝓncipio vſqꝫ in finē ſꝑ ſperet aīa. Vl' cuſtodia matutina ſignificat tēpus q̄ xp̄s reſurrexit. qꝛ illa hora reſurrexit. Nox ē finis mūdo. iſrl' ꝑpl's fidelis. q. d. ex tꝑe reſurrectiōis xp̄i qui inchoauit beatitudinē debem⁹ ſꝑare vſqꝫ in finē. Et nota qđ dr̄ Oſee. xij. Spera in deo tuo ſꝑ ad oñdendū ꝙ omni tꝑe debem⁹ in dn̄o ſꝑare. Precipue debem⁹ ſperare in dn̄o tꝑe tēptatiōis. afflictiōis. defenſiōis. ꝛ offenſionis. Primo debem⁹ ſperare ī deo tꝑe tēptatiōis. vt ſcꝫ reſiſtamus ꝛ nō cadam⁹ vt vincam⁹. Nā ſpes quā habem⁹ in deo liberat nos ab oī tēptatiōe. Prou. iij. Clipe⁹ eſt ſperātib⁹ in ſe. Nō aūt ſperat q̄ inijcit ſibi laq̄os. nō vitando occaſiōes pctōꝝ. ſꝫ ꝑſumit taꝛ. Nō ſperat q̄ tm̄ ꝯſiderat fragilitatē ſuā ꝛ nō penā. Nō ſꝑat q̄ in tēptatiōe ad deū nō recurrit orādō. pſ. xxvij. In dn̄o ſꝑauit cor meū ꝛ adiut⁹ ſum. Scđo debem⁹ ſꝑare in deo tꝑe afflictiōis. Et h̄ triplici rōe. Prīa qꝛ de⁹ tribulatos nō deſerit. Iudith. xiij. Qui nō deſeruit ſperātes in ſe. Scđa qꝛ deus tales eripit. ij. ad Co. j. Qui de tātis ꝑiculis nos eripuit ꝛ eruet in quē ſperam⁹. Tertia qꝛ de⁹ ī ſe ſperantes ſecuros reddit. ī pſ. x. In dō ſꝑaui. nō timebo q̄d faciat mihi hō. Amb. De diuīa mīa tūc ſperādū eſt ampli⁹. cū ꝑſidia hūana defecerint. Et Gre. in. x. moral'. Tāto ſpes ī deo ſolidior ſurgit. q̄nto q̄ſqꝫ grauiora pro illo ꝑtulerit. Vn̄ Hiere. xvij. Spes mea in die afflictionis. Et Ecci. xiiij. Felix qui nō habuit animi ſui triſticiā. nec excidit a ſpei ſua. Quod exponiꝛ ſic. Felix. ſ. beatitudine vie. ꝛ poſtea patrie qꝛ licet modo habuerit triſticiā carnis vl' mūdi. nō tn̄ habuit triſticiā animi ꝑ quā exciderit a ſpe dei Vel ſic. Felix qui nō habuit triſticiā. i. cām triſticie que ē peccatū. ꝛ qui nō excidit. ſcꝫ ꝑ peccatū. a bonis operibus quib⁹ paraꝛ ꝛ ſperaꝛ beatitudo. vel ſic. Felix qui nō habuit triſticiam. i. accidiā ꝑ quā quis excidit a ſpe venie.

ꝙ omni [tempore] debem[us] ſperar[e in] deo.

Spera[ndum] in deo [tem]pore afflictiōis. [ex] triplici cauſa.

Tertio debemus in deo ſperare temꝑe defectiōis. Sicut enim ſeruus in dn̄o diuite ꝛ largo ſperat. ſic tempore pauꝑtatis in dn̄o eſt ſperandū. Et hoc triplici ratiōe ꝓpter quā pauꝑ in diuite ſperat. Prīa rō eſt ꝓpter cibuꝫ vel nutrimētū. pſ. lxvij. Paraſti in dulcedine tua pauperi de⁹. Scđa ē ꝓpter auxiliū. Eſa. xxv. Fact⁹ es fortitudo pauꝑi. Spes a turbine. vmbraculū ab eſtu. Job. v. Saluū faciet egenū a gladio oris eoꝝ. ꝛ de manu violēti pauperē. ꝛ erit egeno ſpes. Vbi ſciendū ꝙ tribus modis inducitꝛ aliq̄s ad peccādū. ſ. vel ꝯtumelia ꝛ adulatoria ꝑſuaſione. Et ꝯtra h̄ dr̄. Saluū faciet egenū. i. illum q̄ ſe putat egere auxilio dei a gladijs eoꝝ. i. iniq̄ ꝑſuaſione. laude. ꝯtumelia. vl' adulatōe. q̄ eſt gladi⁹. Puer. peni. Generatio q̄ ꝑ dentib⁹ hꝫ gladios. Scđo induciꝛ aliq̄s ad peccandū iniurie illatiōe. Et ꝓpter hoc dr̄ de manu violēti. i. ꝑtāte tyrāni q̄ alios oꝑprimit. in pſ. lxxj. Liberauit pau. a potente. Tertio induciꝛ aliq̄s ad peccāduꝫ temꝑalis boni defectione. ꝛ ꝯtra h̄ dicit. Erit egeno ſpes id eſt illi qui eſt tꝑalis boni auxilio deſtitutus erit ſpes adoptiōis boni ſpūalis. Et merito. qꝛ ſpes eſt certa expectatio future beatitudinis. vn̄ mens cui⁹ ſpes eſt ī eternis ſolidata. nec adulatiōe nec detractione deijcitur. nec ꝑſuaſione emolliꝛ. nec aduerſitate frangiꝛ. qꝛ innitiꝛ ſoli deo. Quarto debem⁹ ſperare in deo tēꝑe offenſionis. Rō hui⁹ eſt. qꝛ ſi eſſet medic⁹ aliq̄s corꝑalis q̄ vellet ſcꝛꝫ ꝛ poſſet om̄es infirmitates curare. tunc quilibet infirm⁹ deberet in tali medico cōfidere ꝛ ſperare. Talis medic⁹ eſt deus qui vult ſcit ꝛ poteſt omnes peccatores curare

Sper[are] debem[us tempore] paup[ertatis] in deo [tri]plici [ratione].

Tribus m[o]dis q[uis ad] peccā[dum in]ducit.

ſanare vel ſaluare.ḡ.ꝛc̄.ad.j.Thiṁ.j.vult om̄es homīes
ſaluos fieri.Aug⁹.ſup Jo. Quātū eſt in medico ſanare
venit egrotū.ꝛc̄.Vñ eccl.ij.Reſpicite filij natōes hoīm
ꝛ ſcitote qꝛ nullus ſperauit in dño ꝛ ꝯfuſus eſt.ꝑman/
ſit in mandatis eius ꝛ derelictus ē.Aut quis inuocauit
eū ꝛ deſpexit eū.Glo.coll.h tria dicit. Primo ꝙ nullus
ſperās in dño eſt ꝯfuſus.i.in ſpe ſua ē fruſtrat⁹.ad Ro
ma.v.Spes nō ꝯfundit.i.nō facit erubeſcere ſꝑantem.
Cuius ratō eſt.qꝛ aliquis cōfunditur qñ qͦd ſperabat ñ
inuenit vel nō impleuit ſicut cōtingit illi qui ſperat ī ho
mine.ꝓpter q̊d dr̄ Hiere.Maledictus qui cōfidit in ho/
mīe.Spes aūt nō cōfundit.qꝛ eſt in deo q̇ nō fallit nec
fallere pt̄. Secūdo dicit ꝙ nullus oꝑans ex caritate nō
ex timore vl̕ cupiditate eſt derelictus.Eccl̕i.viij.Qui cu
ſtodit p̄ceptū nō expietur quicq̄ꝫ mali.ps̄.xxxvj.Junio
or fui.ꝛc̄.Et nō vidi iuſtū derlictū ſimpl̕r.vꝫ ꝛ ſi ad tē
pus exponat eū tribulatōibꝫ. Tertio dicit ꝙ nullus in
uocās ex fide eſt deſpectus.Vñ ſubditur.Aut quis in/
uocauit.ꝛc̄.id ē intus ex corde vocauit fidel̕r.humiliter.
ꝛ ꝑſeuerāter deꝑcādo.ꝛ deſpexit eū nō exaudiēdo.q.di.
nullus.ps̄.cxliiij.Prope ē dñs om̄ibꝫ inuocantibꝫ euꝫ.
ꝛc̄.Licꝫ em̄ credere priuſq̄ꝫ ſperare ꝛ diligere ſit.tñ nil pe
titur ex fide niſi ſit ſpes habendi ꝛ diligatur. Et ideo in
dictis verbis vltimo ponitur fides primo ſpes.ſecundo
charitas.Hec ſunt Hug.cardinalis in poſtilla.

De ſubiecto ſpei in quibus ſperandum ſit.
Capitulū Secundum.

DE ſubiecto ſpei id eſt
in quibꝫ ſpes reꝑitur. Vbi Sciendū ꝙ ſpes
ꝓut eſt virtus theologica nō fuit ī chriſto nec ē
in celo.i.in beatis angelis ꝛ animabꝫ.nec in inferno.id ē
damnatis ꝛ demonibꝫ.Sed eſt ī mūdo.ſ.in fidelibꝫ. in
purgatorio.vicꝫ animabꝫ ibi exñtibꝫ.ꝛ fuit in limbo in
pr̄ibꝫ antiq̄s.dū ſteterūt in limbo. Primū ſic ꝓbatur ‖ Rō q̄re ī xp̄o nō fuit ſpes.
ſcꝫ ꝙ ſpes nō fuerit in chriſto.xp̄s ſemel fuit cōp̄henſor
ꝛ viator.ꝛ neutro mō habuit ſpem proprie.Rō ē.qꝛ in/
q̄ꝫtū fuit ip̄e cōp̄hēſor.ſemꝑ actu fruebaꝶ viſione diuīa
clarius q̄ꝫ ſancti in patria. ſed ſpes eſt de nō viſis ſcd̄m
apl̕m ad Roma.viij.ergo in eo nō erat hoc modo ſpes.
Sed nec etiā inq̄ꝫtū viator ſeu mortal̕ eā habuit. Nam
q̄ꝫuis vt mortalis expectaret aliquid quod nō habebat
ſcꝫ gl̕iam īmpaſſibilitatis.quam videꝶ poſtulaſſe.cum
dixit Johā.xvij. Pater venit hora clarifica filiū tuū ſ͞m
expōnem Auguſtini.Non tamē ex hoc pōt dici proprie
habuiſſe v̄tutē ſpeciei.Ratō eſt qꝛ p̄ncipale obiectū ſpei
eſt beatitudo eterna q̄ conſiſtit in viſione ꝛ fruitōne di/
uina quā habet anima etiā abſq̄ꝫ corꝑe. Et hāc viſionē
ꝛ fruitionē chriſtus dum etiā erat mortalis habebat.qꝛ ‖ Large ſumendo in chriſto fuit ſpes.
in inſtāti ꝯceptōnis ſue anima fuit glorificata. Nec ob/
ſtat ꝙ ps̄.xxx.dicit in eius ꝑſona ad pr̄em.In te domīe
ſperaui nō ꝯfundar in eternū.qꝛ ibi large ſumitur ſpes
ꝓ expectatōe illius premij accidentalis ſcꝫ gl̕ie ſeu reſur ‖ Q, in angel̕ ī beatis etiā ꝫ ñ eſt ſpes.
rectōis corꝑis gl̕ioſi q̄ expectatio nō ē proprie ſpes v̄tu
tis.Tho.in.iij.diſt.xxvj.In angelis bonis ꝛ animabus
beatis ſimil̕r nō eſt ſpes.Rō eſt.qꝛ ſpes vt dictū eſt. eſt
de nō viſis.Qđ enī videt quis nō ſperat ait apl̕s ad ro
manos.viij.Sed angeli ſemꝑ vident faciē pr̄is.vt dici
tur macha.xviij.Et de ſanctis dr̄.j.Joh.j. Videbimus
eū ſicuti eſt. Et.j.Corinth.xiij.Tūc aūt facie ad faciem.
.ſ.eū videbimus.ḡ in eis nō ē ſpes ſed res ſperata. h eſt
ſcꝫ beatitudo ꝑfecta. Probatur idem alia rōne. Nam ſi
haberēt ſpem.aut eā haberent de bono quod expectant/
alijs.aut de bonis quod expectant ſibi. Primo mō non
pt̄ dici ꝙ habeāt ſpem.qꝛ ſperare alijs beatitudinē non
ꝑtinet ꝓprie ad ſpem virtutis ſed magis ad charitatem.
Sicut ille qui habet charitatem dei eadē charitate di/
ligit ꝛ p̄ximum.ꝛ ꝯſequēter appetit ꝛ ſperat illi beatitu
dinē.Si de bono quod ſibi expectāt dicanꝶ habere ſpeꝫ
hoc etiā non poteſt dici.qꝛ ſpes nō eſt de habitis ſed de
habendis rebus que quis nondū habet.Sed angeli iā
habent deum ꝛ ſancti.ḡ.ꝛc̄.Et ſi dicaꝶ licet nō expectēt
bonū quod habent ſcꝫ viſionē dei.expectāt tamē ꝯtinu
ationē boni ip̄ius quod habent.vt ſic nos ſperam⁹ ad/
eptionē boni quod nō habemus.ita ip̄i ſperant ꝯtinu
ationem boni qͦd nō habent. Nā certitudo de ꝯtinuati
one eſt de eſſentia beatitudinis. Reſpondeo ꝙ angeli et
ſancti qui fruūtur dͦ efficiūtur quodammō participes
diuine eternitatis.que cū omne tempus excedat non di
uerſificatur ꝑ p̄teritum pñs ꝛ futurū.ſicut tempus fac.
ꝛ ideo fruentes diuina viſione eſſentialiter nō hn̄t ſpem
de cōtinuatōne ip̄ius beatitudinis.qꝛ nō eſt ibi ꝯtinua
tio futuri.Tho.in.iij.diſt.xxvj. Item ſancti q̄ꝫuis ex/
pectant gloriam corꝑis ſui que erit in vltima reſurrecti
one.non tamē iſta expectatio ꝑtinet ad v̄tutem ſpei.Tū
qꝛ vt dictū ē.obiectū ſpei eſt principaliter gloria anime
Tū qꝛ gl̕ia corporis eſt quid minimū reſpectu ad glori/
am anime.tū qꝛ habēs iā gloriā anīe habet ſufficienteꝫ
cauſam gl̕ie corꝑis.gloria em̄ anime redundans ad cor
pus facit eū gl̕ioſum.Tho.vbi ſ̄. In damnatis ꝛ de/ ‖ Q, ſpes nec ī dā/natis:nec ī demonibus.Rō.
monibꝫ non eſt ſpes.quod ꝓbatur. Primo quidem ſic.
Spes cauſat gaudium.ſicut dr̄ ad Rom.xij.Spe gau
dentes.ſed damnati ꝛ demones nō ſūt in gaudio ſed in
dolore ꝛ luctu.ſ͞m illud Eſa.lxvj.Serui mei laudabūt
p̄ exultatōne cordis.ꝛ vos clamabitis pre dolore ꝛ p̄ cō
tritione ſpiritus.ꝛc̄. Secūdo oſtēditur idē ſic.Spes
non eſt de impoſſibili.ſed demōes ꝛ damnati cum ſint
in malicia confirmati ſunt certi ꝙ nunq̄ꝫ poſſūt euade/
re eternā dānatōnem ꝛ peruenire ad beatitudinem. er/
go nō habent ſpem.Sicut em̄ requiritur ad verā beati
tudinem ꝙ aliq̄s ſit certus de ꝑpetuitate beatitudinis
ſue.alioquin ñ q̇etareꝶ volūtas ei⁹. ita ad penā dānato
rū requiriꝶ certitudo de ꝑpetuitate dānatōis.Vnde ſic̄
beati nō hn̄t ſpē ita nec dānati.Tho.ij.ij.q.xvij. Et no/
tādū ꝙ licet dānati ꝛ demōes hr̄e poſſint ꝛ hēant fideꝫ
informē de dͦ ꝛ alijs.Vñ Jaco.iij.diciꝶ.Demones cre/
dūt ꝛ cōtremiſcūt.nō tñ hn̄t ſpē. Cui⁹ auguſtin⁹ rōem
aſſig̃t in encheridion dicēs ꝙ fides ē bonaꝝ reꝝ ꝛ ma/
larū pñtiū ꝛ p̄teritarū ꝛ futuraꝝ.ꝛ ſuarū ꝛ alienarum.
Spes aūt nō eſt niſi bonaꝝ reꝝ ꝛ ad ſe ꝑtinētiū.Vnde
qꝛ bona diuina nō ſūt dānatis futura poſſibilia: ſꝫ ſūt
eis ſꝑ abſētia.iō nō ī eis ſpes eē pt̄ ſic̄ fides īformis. Po ‖ Q, ſpes eſt ſolum in viatoribus et in his q̇ ſūt in purga/torio.
teſt aūt eē ſpes ī viatoribꝫ vicꝫ vl̕ his q̇ erāt ī limbo dū
ibi erāt.vl̕ his q̇ ſūt ī purgatorio.vl̕ his q̇ v̄ſanꝶ ī mōo
q̄d oñdiꝶ tripl ci rōe. Prima ē tal̕. Quicūq̄ꝫ cupit ali
q̄d q̄d nōdū hꝫ expectat illͦ. Sꝫ oēs viatores predicti
cupiebāt bt̄itudinē quā nō hn̄t vl̕ nō hēbāt q̇ erāt ī lim
bo.vl̕ q̇ ſūt ī purgatorio.ꝛ q̇ viuūt ī mōo.Ergo expecta
bāt vl̕ expectāt bt̄itudinē quā ñ hēbāt vl̕ nōdū habēt.
ꝛ ꝑ ꝯñs hēbāt ſpē q̇ erāt ī limbo.ꝛ hn̄t eā q̇ ſūt ī purga
torio ꝛ fideles ī mōo. Scd̄a rō ē tal̕ ꝛ ē ꝯfirmatō p̄ce/
dēt̄.Sic̄ fidꝰ ñ euacuaꝶ l̕ tolliꝶ niſi ꝑ id q̄d videt vl̕ q̄d
credit.ita ſpes nō euacuaꝶ niſi ſ͞m h̊ ꝙ aliq̄s actu hꝫ id
q̄d ſꝑauit.Sꝫ illi q̇ erāt ī limbo ñ hēbāt actu bt̄itudinē
nec illi q̇ ſūt ī purgatorio vl̕ etiā ī mōo hn̄t actu bt̄itu/
dinē ō q̄ ē ſpes.ꝛ iō ſpes coꝝ quā ī hac vita habuerunt
nō ē euacuata. Tertia rō ē tal̕. Illi q̇ app̄hēdūt aliq̇d vl̕
app̄hēdebāt ſub rōe boni ardui futuri ꝛ poſſibil̕. ſpem
hēbāt ꝛ habent.ſed om̄s p̄dicti ſūt hmōi.ergo.ꝛc̄. Et ſi
obijciaꝶ in ꝯtriū qꝛ ſpes ꝓcedit ex meritis. Sed illi qui
erant in limbo nō erāt in ſtatu merēdi. Et ſimiliter qui
nūc ſūt ī purgatorio nō ſūt in ſtatu merēdi. ergo non vi
detur in eis eſſe ſpes. Reſpondeo ꝙ q̄ꝫuis nūc nō ſūt in
ſtatu merēdi tales ſcꝫ illi q̇ nūc ſūt ī purgatorio. vel illi

qui fuerũt in limbo ĩ ſtatu merẽdi.tñ ꝓus in mũdo iſto
meruerũt.⁊ ex illis meritis ꝓcedẽtib⁹ ꝓcedit ſpes eoꝝ
Tho.ij.ij.q.xvij.⁊ in.iij.ſen. Eſt aũt ſpes vt eſt virtus
in volũtate ſicut in ſubiecto.Qḋ ſic probat̃. Anima nõ
eſt capax dei niſi ſm mentẽ ĩ qua eſt memoria.intelligẽ-
tia ⁊ volũtas. vt patet ꝑ Aug.in lib.de tri.Spes autẽ
eſt virt⁹ theologica hñs deũ ꝓ obiecto.⁊ cũ nõ ſit neq̃ ĩ
memoria.neq̃ in intelligẽtia que ꝑtinent ad vim cogni
tiuã.ſequit̃ ꝙ ſit in volũtate ſicut in ſubiecto. Pro hui⁹
maiori declaratiõe ſciendũ ꝙ ꝑ actus habit⁹ cognoſcũt̃.
Actus aũt ſpei eſt quidã mot⁹ appetitiue ꝑtis.cum obie
ctum ei⁹ ſit bonũ.Cũ aũt duplex ſit appetit⁹ in homine.
ſcʒ appetit⁹ ſenſitiu⁹.qui diuidit̃ in ↄcupiſcibilẽ ⁊ iraſci
bilem.Et appetit⁹ intellectiu⁹ qui dicit̃ voluntas.Simi
les aũt mot⁹ q̃ ſunt in appetitu inferiori cũ paſſione.ſũt ĩ
appetitu ſuꝑiori ſine paſſione.Actus aũt ꝟtutis ſpei nõ
poteſt ꝑtinere ad appetitũ ſenſitiuũ.quia bonũ quod eſt
obiectũ ꝑncipale hui⁹ ꝟtutis nõ eſt aliqḋ bonũ ſenſibi-
le ſed diuinũ.Et ideo ſpes ꝟtus nõ eſt in appetitu inferi
ori ſenſitiuo.ſed ſuꝑiori appetitu que dr̃ volũtas ſicut in
ſubiecto.Sicut eñ obiectũ iraſcibilis eſt arduũ ſenſibi
le ꝙ reſpicit ſpes ꝓut eſt paſſio.ita obiectũ virtutꝪ ſpei
arduũ intelligibile.vel potius ſupra intellectũ exiſtens.
Non obſtat his ꝙ ſpes habet certitudinẽ.vt patʒ ex dif
finitione ei⁹.⁊ certitudo ꝑtinet ad intellectũ nõ volũta-
tem.Nã certitudo inuenit̃ in aliquo dupliciter.ſ.eſſenti
aliter ⁊ participatiue.Eſſentialiter quidẽ reperit̃ ĩ vi co
gnitiua.Participatiue aũt in omni eo qḋ mouet̃ a vi co
gnitiua ad finẽ ſuũ infallibilẽ.ſm quẽ modũ dr̃ ꝙ natu
ra oꝑatur certitudinaliter tanq̃ mota ab intellectu di-
uino certitudinaliter mouẽte vnũqḋq̃ in finẽ ſuũ.Per
hũc etiã modũ ꝟtutes morales certius arte dicũt̃ oꝑari.
inquantũ ꝑ modũ nature mouent̃ a ratiõe ad ſuos act⁹
⁊ ſic etiã ſpes certitudinaliter tẽdit in finẽ ſuũ quaſi par
ticipãs certitudinẽ a fide q̃ eſt in vi cognitiua.Thomas
ſcḋa ſcḋe.q.xvij.

*Marg.:* ꝙ ſpes eſt ſubiectiue in voluntate.

## De ipſa ſpe quomo- .§.I.

do eſt ꝟtus theologica diſtincta ab alijs.Et de his que
habẽt excitare ⁊ iuuare actũ eius. Q ſpes ſit virtus ſic
declarat̃.Uirtus ſm phm.ij.ethi.ſic diffinit̃.ꝙ eſt q̃ fac
bonũ habentẽ.⁊ opus ei⁹ bonũ reddit. Spes autẽ facit
actũ hominis bonũ ⁊ hominẽ bonũ.Act⁹ eñ hominis
dicit̃ bonus ꝑ hoc ꝙ attingit regulã vel menſurã ꝓpriã
Propria aũt regula ſeu mẽſura actuũ humanoꝝ eſt du
plex.Una eſt ꝓxima.ſ.rõ qua menſurant̃ act⁹ morales.
alia eſt ſuprema ⁊ excellẽtiſſima.ſ.deus.qua menſurant̃
actus virtutũ theologicaꝝ. Per actũ autẽ ſpei attingit̃
ipa regula ⁊ menſura ſuꝑma que potior eſt alia.ſ.rõne.
inquantũ ſcʒ ſperam⁹ aliquid vt poſſibile nobis ꝑ diui
num auxiliũ. Uñ exquo act⁹ eius eſt bon⁹.ipa eſt ꝟtus
Q ſit theologica patet.quia apl's.j.ad Corin.xiij.Con
inſtructiōem ꝛ defenſiōem ad remouendū impedimēta
fidei.oſtendēdo nō eſſe impoſſibile qd̄ in fide ponit̃. Oī
aūt poſcēti intelligit̃ de diſtributiōe accommoda.ſc3 de
his q̄ parati ſunt credere ꝛ querūt inſtrui.nō his q̄ parati
ſunt deridere. De his eni dixit xp̄s. Nolite ſctm̄ dare ca
nib) ꝛc. Raynerī⁹. Hos docet Origenes prudēter elude
re trāſferēdo ſe ad aliā materiā.nō p̄cise tacēdo.di.xliij
in mādatꝫ. Et ſic fides xp̄iana eſt magna duratione ſeu
longitudine.

## Tertō variatur fides. §.VI

q2 augēt̃ vel minuit̃ rōne diſpoſitōis hoīs. Nā fides po
teſt eſſe maior in vno q̄ in alio rōne p̄me ꝟitatis que ē
vnica ꝛ ſimpliciſſima.ſ3 ex pte nō ſolū credendoꝝ ſ3 etiā [Fide pfi// cere intel// ligit̃ q̈tu o. modis]
pſonaꝝ.rōne maioris explicatōis vel maioris deuotōis
vel maioris illuſtratōis diuine. Ubi ſciendum ꝙ fides
creſcit vel pficit q̈tuor modis. Primo cognitiōe q̄tū ad
actū rōnalis.ꝛ ſic pficiēs in cognitōe diuinoꝝ dr̄ creſce//
re in fide. Scd̄o ꝯſtātia ꝛ firmitate.q̄tū ad actū iraſcibi
lis.ꝛ ſic martyres dicunt̃ pfeciſſe in fide. Tertio feruore ꝛ
deuotōne.q̄tū ad actū ꝯcupiſcibilis. ꝛ ſic feruētes zela
tores fidei dicunt̃ in ea ; feciſſe. Quarto actione .q̄tum
ad actū exterioꝛs hoīs.ꝛ ſic actiui dicunt̃ creſcere in
fide per bona opera.

## Ex his oſtēditur fi §.VII

[Fides in aliq̃ mag̃ dr̄ q̈tuor modis.]
des alicui⁹ eſſe magna. Primo vt alta de deo ſentiat. Se
cundo vt trāſitoria p p̄mio eterna ꝯtēnat. Tertio vt in
aduerſis de deo ꝯfidat ꝛ ñ deficiat. Quarto vt a bono
ope nō deſiſtat. Primo igit̃ dr̄ fides alicui⁹ magna vt
alta de deo ſentiat.vt habuit Cēturio. vt dctm̄ eſt a do
mino Mat.viij. Nō inueni tantā fidē in iſrael. Et q̄tū
ad pſonas ei⁹ ex eo dicit̃ q2 a nullo edoct⁹ fuit.ꝛ tn̄ diui
nitatem credidit. Apl'i autē p verba audita ꝛ miracula
viſa crediderūt. Quantū aūt ad pp'lm gentilē in illo cen
turiōe ſignatū.ex quo eccl'ia p maiori pte formata ē. vti//
q3 altiora de deo ſentit.ꝛ magis explicite ppl's xp̄ianus
q̄ iudaicus in veteri teſtō. Scd̄o dr̄ magna vt tran
ſitoria p ea ꝯtēnat,ſicut habuit moyſes.de q̄ apl's Heb.
xi.Fide moyſes grādis factus negauit ſe eſſe filiū phara
onis.magis eligēs affligi cū pp'lo dei q̄ tp̄alis pcti hr̄e
iocūditatē.vbi Aug. Maxime fidei ē ꝯtēnere tp̄alē io//
cunditatē. Tertio fides dr̄ magna.vt illa in aduerſis
de deo ꝯfidat ꝛ nō deficiat. Cui⁹ ꝯriū q2 fecit petr⁹.fuit
ſibi dctm̄ a dño. Modice fidei q̄re dubitaſti. Matth.
xiiij.Cū ſc3 ambulās ſup aquas cepit mergi. Quar//
to dr̄ magna cū nō deſiſtit a bono ope. vt ſi ſtatī cum a
deo petit nō accipit. Sicut fecit mulier chananea pſe//
uerās in ſua petitōne donec obtineret. Et ſic pōt dici fi//
des magna ſcḿ dimēſiones ſc3 altitudinis q̄ ad primū.
latitudinis q̄ ad ſcd̄m qd̄ fit p dilectionē. pfunditatꝫ q̄
ad tertiū qd̄ fit p humilitatē.lōgitudinis q̄ ad quartū.
qd̄ fit pſeuerādo. Uel aliter magna dr̄ fides p altitudi//
nem ꝛ pfunditatē q̄tū ad materiā. q2 de diuinitate et
hūanitate.p latitudinē.q2 totū pene mundū amplectit̃
Per lōgitudinē.q2 ab initio mūdi cepit ꝛ vſq3 in finem
ſeculi durabit.nō ſic pfidie diuerſarum gentium.

## De neceſſitate cre §.VIII

dendi ꝙ neceſſariū ſit ad ſalutē credere ſeu habere fidē
oſtendit xp̄s. Mar.vlt.di. Qui nō crediderit ꝯdēnabi [Credere ē]
tur.ꝛ Johan.iij. Qui nō credit iā iudicat⁹ eſt ſc3 ad eter [neceſſari//]
nam dānationē.nō ſolū in iudicio dei.ſ3 etiā eccl'ie mili [um ad ſa//]
tantis p̄ſuppoſita pmanētia ei⁹ in ipa infidelitate.apl's [lutem.]
etiā ad Heb.xi. Sine fide īpoſſibile eſt placere deo. Hoc
aūt ſic pbat ſeu declarat be.tho.ij.ij.q.ij ar.iij. In oīb)
naturis ordinatis inuenit̃ ꝙ ad pfectōem nature inferi
oris duo ꝯcurrūt. Unū qd̄ eſt ſcḿ ꝓpriū motū. Aliud āt
ꝙ eſt ſcḿ motū ſupioris nature. Sicut aqua ſcḿ motuꝫ
ꝓpriū mouet̃ ad centrū.ſcḿ ſc̄o motū lune mouet̃ circa cē
trū ſcḿ fluxū ꝛ refluxū. Sil'r orbes planetaꝝ ſcḿ ꝓpriū
motū mouent̃ de occidēte in orientē. Motū aūt primi
mobilis ab oriēte in occidētē. Sola aūt rōnalis natura
creata h3 īmediatū ordinē ad deū.q2 cetere creature nō
attingūt ad aliq̄d vniuerſale.ſ3 ſolū ad aliq̄d pticulare
pticipātes diuinā bonitatē. vel in eſſendo tm̄ ſic inaīa
ta.vel etiā in viuēdo.vt plāte ꝛ cog̃ſcēdo ſingularia. vt
aīalia bruta. Natura āt rōnalis inq̄tū cog̃ſcit vniūſalē
boni ꝛ entis rōem.h3 īmediatū ordīnē ad vniūſale eſſē//
di p̄ncipiū. Perfectio igit̃ rōnalis creature nō ſolū cōſi//
ſtit in eo ꝙ ei ꝯpetit ſcḿ ſuā naturā.ſ3 etiam in eo qd̄ ei
attribuit̃ ex q̄dam ſupnaturali pfectiōe diuīitatis. Uñ
ꝛ ſupra dctm̄ eſt ꝙ vltīa btītudo hoīs ꝯſiſtit in q̄dā ſu
pnaturali dei viſiōe.ad quā q̄dē viſionē hō ptingere nō
pōt niſi p modū addiſcētis a deo doctore.ſcḿ illud Jo.
vi. Oīs q̄ audit a p̄re ꝛ didicit venit ad me. Hui⁹ autē
diſcipline fit hō pticeps nō ſtatī ſ3 ſucceſſiue ſcḿ modū
ſue nature. Oīs aūt talis addiſcēs oportet ꝙ credat ad
hoc ꝙ ad pfectā ſciam pueniat. Sicˀ etiaꝫ phs dr̄. ꝙ oꝫ
addiſcētē credere. Uñ ad h̄ ꝙ hō pueniat ad pfectaꝫ be
atitudinē viſiōis vel ad pfectaꝫ viſionē btītudinis.p̄re
exigit̃ ꝙ credat deo tanq̄ diſcipul⁹ mgr̄o docēti.ꝛ q̄uiſ
multa de deo p ea q̄ facta ſūt intellectu ꝯſpiciant̃. vt dr̄
ad Ro.i.tn̄ altiori mō q̄tū ad pl'a pficit fides q̄ rō na//
turalis ex ꝯſideratōe creaturaꝝ. Nec ex h̄ īminet hoī pi//
culū errādi.q2 ſicˀ p lumē naturale intellect⁹ aſſentit p̄nci
pijs.ita p lumē fidei diuīt⁹ infuſū hō aſſentit his q̄ ſūt
fidei.nō aūt ꝯrijs.q̄uis nō poſſit ea reſoluere in prima
p̄ncipia ea clare vidēdo.vñ ꝛ Gre.in moral.exponēs il//
lud qd̄ dn̄s dixit moyſi Exo.xxxiij. Sta i petra ꝛc.ſic ait.

Jn petra moyſes ponit᷑ vt dei faciē ɔtēplet᷑. qꝛ niſi qs fidei ſoliditatē tenuerit diuinā pn̄tiā nō agnoſcit. de q̄ ſoliditate de⁹ dixit. Sup̱ hāc petrā edificabo eccl'iā meā xxiiij. q. i. qꝛ ex ſola. i. ſup̱ hāc fidē quam es ɔfeſſus.

## De neceſſitate credē. §. IX

di aliqua explicite ꝛ q̄. Sciēdū ſ͛m be. tho. ij. ij. q. i. ꝛ. ij. ꝙ ſp̱ fuit neceſſariū credere aliq̄d explicite. ꝛ in veteri teſtamēto apud oēs natōes ſufficiebat credere illa duo q̄ ponit ap̄ls ad Heb. xi. Accedētē ad deū oꝫ credere. qꝛ eſt ꝛ ꝙ inq̄rēdū ſe ē remūerator. ꝛ in diuīo eſſe includūtur oīa q̄ credim⁹ in deo eternal'r exiſtere. vt trinitatē ꝛ pfectiones oēs in q̄bꝫ nr̄a btītudo ɔſiſtit. Jn fide aūt ꝓuidētie q̄ ibi notat᷑ cū dr̄. ꝙ inq̄rētiū ſe ē remūerator. includunt᷑ oīa q̄ a deo tp̱aliter diſpēſant᷑ ad hoīem. q̄ ſūt via in btītudinē vt redēptio facta p̱ xp̄m in q̄ implicite ptinent᷑ incarnatio. paſſio. reſurrectio. ꝛ hmōi. Minores ḡ credēdo illa duo exp̄ſſe. credebant īplicite oēs articulos fidei. ꝛ h̄ ſufficiebat eis. Maiores ṽo vt ꝓphe ꝛ aliȷ̄ hūerūt de q̄buſdā articulis explicitā fidē. Jn nouo āt teſtō poſt tp̄s grē reuelate. nō ſufficit illa duo credere explicite. ſꝫ oꝫ ꝙ oēs tā maiores q̄ꝫ minores habeāt explicitā fidē de miſterijs xp̄i. vt incarnatōis. paſſiōis. reſurrectionis. aſcēſionis. ꝛ hmōi. p̄cipue de his q̄ cōiter ſolēnizat eccl'ia. ꝛ q̄ publice ꝓponunt᷑. aut etiā de miſterio trinitatꝭ q̄ꝫtū ad nūex ꝛ diſtinctōem p̱ſonax. qꝛ h̄ exp̄mit᷑ in miſterio incarnatōis. vt dctm̄ ē. s. h̄ enī p̱ ſe ē obiectū fidei qꝛ illud ꝓp̄ie ꝛ p̱ ſe ad obiectū p̱tinet. p̱ qd̄ hō conſequit᷑ btītudinē. ꝛ ꝙ eſt via hoībꝫ veniēdi ad btītudinē. h̄ eſt miſteriū incarnatōis ꝛ paſſiōis hmōi. vn̄ Aug. Firmiſſime tene ꝛ nullaten⁹ dubites oēm hoīem q̄ p̱ ɔcubituꝫ viri ꝛ mulieris ɔcipit᷑ cum origenali pctō naſci. morti q̄ꝫ ſubiectū. ob h̄ natural'r naſci filiū ire. a qua ira null⁹ liberat᷑ niſi p̱ fidē mediatoris hoīs Jeſu xp̄i. de ɔſe. di. iiij. Sꝫ vt dctm̄ ē in veteri teſtō īplicitā. nūc explicitā in nouo teſtō q̄ ad adultos. Per accidēs aūt ꝛ ſcd̄ario p̱tinēt ad obiectū fidei oīa q̄ in ſcriptura ſacra diuinit⁹ tradita ɔtinent᷑. Sic ꝙ abraā habuit duos filios. ꝙ dauid fuit fili⁹ iſai. ꝛ hmōi. ꝛ q̄ꝫtū ad iſta q̄ ſcd̄ario p̱tinēt. nō tenet᷑ hō explicite credere. ſꝫ ſolū īplicite ꝛ ī p̄p̱atiōe aī. inq̄ꝫtuꝫ p̱atus ē credere q̄cq̄d in ſacra ſcriptura ɔtinet᷑. Sꝫ tūc tenet᷑ explicite credere qn̄ h̄ ei ɔſtiterit in doctrina fidei ɔtineri. Sꝫ ɔ̄ h̄ pōt ſic argui. null⁹ tenet᷑ ad id qd̄ nō ē in e⁹ p̱tāte. ſꝫ credere aliq̄d explicite nō ē in e⁹ p̱tāte. Dicitur ei ad Ro. x. Quō credēt ei quē nō audierīt. Quō audiēt ſine p̄dicāte. quō p̄dicabūt niſi mittant᷑. ſꝫ ad multos nō ē miſſus p̄dicator. ḡ ꝛc. Rn̄dit b. tho. ij. ij. q. ij. ar. v. ꝙ ſi in p̱tāte hoīs dicat᷑ aliq̄d eſſe excluſo auxilio grē. Sic ad m̄lta tenet᷑ hō ad q̄ nō pōt ſine grā p̄p̱are. ſicut ad diligēdū deū ꝛ p̱xīm. ꝛ ſil'r ad credendū articl'os fidei ſꝫ tn̄ h̄ pōt hō cū auxilio grē. qd̄ q̄dē auxiliū diuīe grē q̄buſcūq̄ꝫ diuinit⁹ dat᷑ miſericorditer a deo dat᷑. q̄bꝫ āt nō dat᷑ ex iuſticia in penā p̄cedentꝭ pctī ſaltē originalis nō dat᷑. vt Aug. dr̄ in li. de natura ꝛ grā. Et ad h̄ fac̄ qd̄ habet᷑ de pe. di. ij. Quicunq̄ꝫ ab illa ꝛc.

De obiecto fidei ꝙ eſt ṽitas p̄ma.
Capl'm quartum.

De obiecto fidei ſciendū ꝙ obiectū fidei ē ṽitas p̄ma. Sꝫ p̱ huius maiori declaratiōe nota ſ͛m tho. ij. ij. q. i. arti. i. ꝙ cuiuſlibet cog̈ſcitiui hitus obiectū duo hꝫ ſcꝫ id qd̄ material'r cog̈ſcit᷑. qd̄ eſt ſic̄ materiale obiectū. ꝛ id p̱ qd̄ cognoſcit᷑ qd̄ eſt formalis rō obiecti. Sic in ſcīa geometrie material'r ſcita ſūt ɔcl'ones. Formalis ṽo rō ſciēdi ſt p̄ncipia demōſtratōis p̱ q̄ ɔcl'ones cognoſcunt᷑. ſic̄ etiāꝫ q̄ ad potētiā viſiuā obiectū materiale ē color ſiue coloratū. ꝛ q̄ſi formale obiectū ē lux q̄ mediāte videt᷑ coloratū. Sic igit᷑ ſi in fide ɔſiderem⁹ formalē rōeꝫ obiecti. nihil ē aliud q̄ꝫ ṽitas p̄ma. Nō eī fides de q̄ loq̄mur aſſentit alicui. niſi qꝛ eſt a deo reuelatū. Vn̄ ipi ṽitati diuīe īnitit᷑ tāq̄ꝫ medio. Si ṽo ɔſiderem⁹ material'r ea q̄bꝫ fides aſſentit. nō ſolū eſt ipe de⁹. ſꝫ etiā multa alia q̄ ſub aſſēſu fidei nō cadūt. niſi ſ͛m ꝙ hn̄t aliquē ordinē ad deū ꝓut ſcꝫ p̱ aliq̄s diuinitatis effect⁹ hō adiuuat᷑ ad tendēdū ī diuinā fruitōem. ꝛ iō etiā ex hac p̱te obiectū fidei eſt q̄dāmodo ṽitas p̄ma inq̄ꝫtū nihil cadit ſub fide niſi in ordine ad deū. Sic ꝛ obiectū medicīe eſt ſanitas. qꝛ nihil medicina ɔſiderat niſi in ordīe ad ſanitatē. Et ſic ea q̄ p̱tinent ad hūanitatē xp̄i vel ad ſacr̄a eccl'ie. vel ad q̄ſcūq̄ꝫ creaturas. ꝛ oīa illa q̄ in ſacra ſcp̄tura credunt᷑. cadūt ſub fide. inq̄ꝫtū p̱ hmōi ordinamur ad deū. ꝛ eis etiā aſſentim⁹ ꝓpter diuinā ṽitatem. Eſt aūt tale obiectū fidei aliq̄d nō viſum circa diuīa. neq̄ꝫ viſiōe corp̱ali ſcꝫ clarez demōſtratiue. Viſū tn̄ eſt illud aliq̄ mō in gn̄ali ſcꝫ ſub cōi rōe credibile. Nō eī crederet q̄s niſi videret ea eſſe credenda. vel ꝓpter euidētiā ſignox. vl' aliq̄d hmōi. Et eadē rōe ideꝫ eſt nō ſcitū. qꝛ oīs ſcīa hr̄ p̱ aliq̄ p̄ncipia p̱ ſe nota ꝛ p̱ ɔn̄s viſa. Vn̄ oꝫ q̄cūq̄ꝫ ſūt ſcita aliq̄ mō eſſe viſa. ſꝫ fides eſt de nō viſis. ſeu de nō apparētibꝫ ſ͛m ap̄lm ꝛ Aug. Cōtingere tn̄ pōt ꝙ id qd̄ eſt viſum vel ſcituꝫ ab vno hoīe etiā viatore. vt ꝙ de⁹ ſit vn⁹. ſit ab alio creditū qui h̄ demōſtratiue nō nouit. id qd̄ cōiter hoībꝫ ꝓponit᷑. vt credendū eſt cōiter nō ſcitū. rōes aūt q̄ inducunt᷑ a ſanctis ad ꝓbādū ea q̄ ſūt fidei. nō ſūt demōſtratiue ſꝫ perſuaſiōes q̄dā manifeſtātes nō eſſe īpoſſibile qd̄ ī fide ꝓponit᷑. vel p̄cedūt ex p̄ncipijs fidei ſcꝫ ex auctātibꝫ ſacre ſcp̄ture. Ex his aūt p̄ncipijs bn̄ ꝓbat᷑ aliq̄d apud fideles ſic etiam ex p̄ncipijs natalit᷑ notis ꝓbat᷑ aliquid apud omnes.

Quid ſit obiectum fidei.

## De diſtinctione credi. §. I

bilium p̱ articulos nota ſ͛m be. tho. ij. ij. q. i. ar. vi. ꝙ nomē articuli ex greco dr̄ deriuatū. arthoron eī grece qd̄ in latino articul⁹ dr̄. ſignificat q̄ndā coactiōem aliquax p̱tiū diſtinctax. ꝛ iō p̱ticule corp̱is ſibiīuicē coap̄tate dicunt᷑ membrox articuli. Et ſil'r in grāmatica apud grecos dicunt᷑ articuli q̄dā p̱teſorōnis coaptate alijs dictiōibꝫ ad exp̄mendū gen⁹ eax. numex ꝛ caſuꝫ. Vn̄ credibilia xp̄iane fidei dicunt᷑ p̱ articulos diſtingui inq̄ꝫtū in q̄ſdā p̱tes diuidunt᷑ hn̄tes aliquā coaptatōnem ad inuicē. Eſt aūt obiectū fidei aliq̄d obiectū nō viſum circa diuīa. et iō vbi occurrit aliq̄d ſp̄ali rōne nō viſum. ibi eſt ſp̄alis articul⁹. vbi ṽo multa ſ͛m eādē rōem ſūt cognita vel incognita. ibi nō ſūt articuli diſtinguēdi. ſic aliā difficultatem hꝫ ad videndū ꝙ de⁹ ſit paſſus. ꝛ aliā ꝙ mortu⁹ reſurrexit. ꝛ iō diſtiguit᷑ articul⁹ reſurrectōis ab articl'o paſſionis. Sꝫ ꝙ ſit paſſus mortu⁹ ꝛ ſepult⁹. vnā ꝛ eādē difficultatē hn̄t ita ꝙ vna ſuſcepta nō erit difficile aliā ſuſcipe. Et ꝓpter h̄ oīa hec p̱tinēt ad vnū articulū. Et ſciendū ꝙ diſtictio credibiliū p̱ articulos fit de his de q̄bꝫ eſt fides ſ͛m ſe. ꝛ nō de his d̄ q̄bꝫ ē fides in ordīe ad alia. Sic eī in alijs ſciētijs q̄dā ꝓponunt᷑ vt p̱ ſeītēta. ꝛ q̄dā p̱ manifeſtatōem aliox. ita credibilia aliq̄ ſūt de q̄bꝫ eſt fides ſ͛m ſe. aliq̄ ſūt de q̄bꝫ nō eſt fides ſ͛m ſe. ſꝫ ſolū ī ordine ad alia. qꝛ ṽo fides p̄ncipal'r eſt de his q̄ videnda ſperam⁹ in patria. iō p̱ ſe ad fideꝫ p̱tinent illa. q̄ directe nos coadiuuāt ad vitā eternā. Sic ſūt tres p̱ſone. omnipotētia dei. miſteria incarnatōis xp̄i ꝛ hmōi. Et ſ͛m iſta diſtinguunt᷑ articuli fidei. Quedā ṽo ꝓponunt᷑ in ſacra ſcriptura vt credibilia. nō q̄ſi p̄ncipal'r intēta. ſꝫ ad p̄dictox manifeſtatōem. ſic ꝙ abraā habuit duos filios ꝙ ad tactū oſſiū helizei ſuſcitat⁹ eſt mortu⁹. ꝛ hmōi alia q̄ narrant᷑ in ſacra ſcriptura ad manifeſtatōem diuīe ma

De diſtinctione articulorum.

ſtatis vel incarnatõis xp̃i. Et ſm talia non oꝫ articlos diſtinguere. Qđ aũt diffinit̃ a q̃buſdã articul⁹ ſic. q̀ eſt inuiſibilis ṽitas de deo. artãs nos ad credendũ. magis dat̃ tlis diffinitio ſm ethimologiã quandã nõis prout hꝫ deriuatõem latinã q̃ȝ ſm verã ei⁹ ſignificatõem put a greco deriuat̃. q̃ etiã p̃t ſaluari. qꝛ lꝫ ad credendum neceſſitate coactionis null⁹ arcet̃. cũ credere ſit volũtariũ. artat̃ tñ neceſſitate finis. qꝛ accedentẽ ad deũ oꝫ credere. Et ſine fide impoſſibile eſt placere deo. ad Heb. xi. aliter ſeruari non poteſt. Tho.

De nũero articuloꝝ.

## De numero articulo ¶. II

rum. Sciendũ q̀ aliq̃ ponũt. xiiij. aliq̃ tñ. xij. Pro quorũ declaratiõe dicit be. tho. ij. ij. q. i. ar. viij. q̀ illa p̃ ſe ptinent ad fidẽ quoꝝ viſiõe in vita eterna pfruemur. ꝛ per que ducimur in vitã eternã. Duo aũt nobis ibi vidẽda ꝑponunt̃ ſcꝫ occultũ diuĩtatis. cui⁹ viſio nos beatos facit. ꝛ miſteriũ hũanitatis xp̃i. p̃ quẽ etiã in gl'iam filioꝝ dei acceſſum hẽmus: vt dꝛ Ro. v. vñ dꝛ Jo. xvij. Hec ẽ vita eterna vt cognoſcãt te ſolũ veꝝ deũ. ꝛ quẽ miſiſti ieſum xp̃m. Et iõ p̃ma diſtinctio articuloꝝ eſt. Q, q̃dã ptincẽt ad miſteriũ diuinitatis. q̃dã ad miſteriũ hũanitat̃ xp̃i. qđ eſt ſacr̃m pietatis. vt dꝛ. i. ad Thi. iiij. Circa maieſtatẽ vero diuĩtatis tria nobis credenda ꝑponunt̃. Primo quidẽ vnitas deitatis. ꝛ ad h̃ ptinet p̃mus articulus. Scđo trinitas pſonaꝝ. ꝛ de hoc ſũt tres articuli ſꝫ tres pſonas. Tertio ꝑponunt̃ nobis opa diuĩtatis ꝓpria. q̃rũ primũ ptinet ad eſſe nature. ꝛ ſic ꝑponit̃ articul⁹ creatõis. Scđm vero ptinet ad eſſe grẽ. ꝛ ſic ꝑponunt̃ nobis ſub vno articulo oĩa ptinentia ad ſignificatõem humanã. Tertiũ ptinet ad eſſe gl'ie. ꝛ ſic ponit̃ ali⁹ articul⁹ de reſurrectione carnis. ꝛ vita eterna. ꝛ ita ſunt ſeptẽ articuli ad diuinitatẽ ptinẽtes. Silr̃ circa hũanitatẽ xp̃i ponũt̃ ſeptẽ alij articuli. Quoꝝ p̃mus eſt de incarnatiõe ſeu cõceptione xp̃i. Scđs de natiuitate ei⁹ ex ṽgine. Tertius de paſſiõe morte ꝛ ſepultura. Quart⁹ de deſcenſu ei⁹ ad inferos. Quĩtus de reſurrectõe. Sext⁹ de aſcẽſione. Septimus de aduẽtu ei⁹ ad iudiciũ. Et ſic in nũero ſũt q̃tuordecim. Quidã tñ diſtinguũt articulos in. xij. ſex ptinentes ad deitatẽ. ꝛ ſex ad hũanitatẽ. Tres eñ articulos triũ pſonaꝝ cõprehendũt ſub vno. qꝛ eadẽ eſt cognitio triũ pſonaꝝ. Articulũ de ope gl'ificatõis diſtinguũt in duos ſcꝫ in reſurrectõem carnis. ꝛ gl'ificatõem aĩe. Articulũ aũt ꝯceptõis ꝛ natiuitatis ꝯiungũt in vnũ. Iſta ſcđa aſſignatio ſcꝫ. xij. videt̃ cõior p̃cipue q̃ ad vulgares. Et adaptat̃. xij. apl'is. quoꝝ eſt ſimbol⁹ vt ponit b. tho. in. iij. ꝛ hoſti. in ſum. ibi vide. Sꝫ p̃ma q̃ ponit. xiiij. videt̃ rõnabilioꝛ. Nã q̃uis patris ꝛ filij ꝛ ſpũſcti vna ſit cognitio q̃ȝtũ ad vnitatẽ eſſentie. q̃ ptinet ad p̃mũ articulũ. q̃ȝtũ ṽo ad diſtinctõem pſonaꝝ q̃ ẽ p̃ relatiõem originis. q̃dammodo in cognitõe p̃ris inducit̃ cognitio filij. Nõ eñ pater eſſet ſi filiũ nõ haberet. quoꝝ nex⁹ ẽ ſpũſſctũs. ꝓpter qđ q̃ȝtũ ad hoc bñ moti ſunt q̃ poſuert̃ vnũ articulũ triũ pſonaꝝ. Sꝫ qꝛ circa ſingulas pſonas ſunt aliqua attẽdenda. circa que ꝯtingit eſſe errorẽ. q̃ȝtuꝫ ad hoc de trib' pſonis p̃nt poni tres articuli. Arrian⁹ eñ poſuit patrẽ oĩpotẽtẽ. ſꝫ nõ credidit filiũ ei⁹ coequalẽ ꝛ ſbſtantialẽ patri. Et iõ fuit neceſſariũ ponere articuluꝫ de pſona filij ad hoc terminãdũ. Et hac rõne ꝯ macedonium neceſſe fuit ponere articulũ tertiũ de pſona ſpũſcti. Et ſilr̃ ꝯceptio ꝛ natiuitas p̃nt poni ſub vno articulo. ꝛ etiã reſurrectio ꝛ vita eterna ſm vnã rõem. inq̃ȝtum ad vnũ ordinant̃. ꝛ ſm aliã rationẽ p̃nt diſtingui inq̃ȝtum ſeorſum habẽt ſpeciales difficultates. Itẽ nota q̀ q̃ȝuis vnũ deũ eſſe poſſit eſſe ſcitũ p̃ demonſtrationẽ. qđ probat philoſoph⁹ in. xij. metha. tamẽ multa de eo tenemus p̃ fidem. que phi naturales inueſtigare nõ valuerunt ratiõe. puta circa ꝓuidentiã eius ꝛ oĩpotentiam. ꝛ q̀ ip̃e ſol⁹ ſit colẽdus. que oĩa ptinẽt ad articulũ đ' vnitate dei. Nõ fit aũt mentio inter articulos de ſapientia dei ꝛ ꝓuidentia ſicut de oĩ ip̃otẽtia. qꝛ oĩpotentia includit q̃dammodo oĩm ſciam ꝛ ꝓuidentiã. Potentiã eñ in hñtib' intellectũ nõ opat̃ niſi ſm volũtatẽ ꝛ cognitõem. Nõ eñ poſſet omĩa in iſtis inferiorib' agere q̃ vellet. niſi haberet eoꝝ cognitõnem ꝛ ꝓuidentiã. Nomen etiã ip̃m deitatis importat ꝓuiſionẽ quandã. Et qꝛ filio ꝛ ſpũiſãcto ꝯuenit mitti ad ſctificandũ creaturã. circa qđ plura credenda occurrũt. iõ circa pſonã filij et ſpũſcti plures articuli multiplicant̃ q̃ȝ circa pſonã patris q̃ nunq̃ȝ mittitur. Et de ſacrõ eucharíſtie inq̃ȝtũ eſt ſacr̃m hꝫ eandeꝫ rationẽ cũ alijs effectib' grẽ ſctificantis. Vñ ſm hoc reducit̃ ad articulũ ſctãm eccl'iam ꝛc̃. Inq̃ȝtũ vero ꝯſiderat̃ q̀ ibi corp⁹ xp̃i miraculoſe ꝯtinet̃. ſic ꝯcludit̃ ſub oĩpotentia. ſic ꝛ omĩa alia miracula q̃ oĩpotentie attribuuntur.

## De ſimbolo in quo ¶. III.

Simbolũ vñ nomẽ ſumpſit.

ꝯtinent̃ articuli. q̃d ſit. ꝛ q̃tuplex ſit. Quantũ ad p̃muꝫ dic̃ be. tho. ij. ij. q. i. q̀ nomẽ ſimboli eſt acceptũ a collectione ſniaꝝ fidei. qꝛ in eo ſũt collecte ille ſniẽ ſeu articuli. quas neceſſariũ eſt explicite credere de his q̃ ptinẽt ad fidem. que diffuſe hñtur in ſacra ſcriptura. Sicut eñ ait apl's ad Heb. xi. Accedentẽ ad deũ oꝫ credere. Credere aũt nõ p̃ot quis niſi ṽitas quã credit ei ꝑponat̃. Et ideo neceſſariũ fuit veritatẽ fidei in vnũ colligere vt facili⁹ poſſit oĩb' ꝑponi. ne aliq̃s p̃ ignorantiã a fidei ṽitate deficiat. ꝛ hãc collectionẽ ſentẽtiaꝝ importat ſimbol⁹. Et qꝛ eccl'ia vniuerſalis errare nõ poteſt. q̃m ſpũſctõ gubnat̃ hoc eñ ꝓmiſit dñs diſcipulis dicẽs Johã. xvi. Cũ venerit ille ſpũs ṽitatis docebit vos oẽm ṽitatẽ. Cũ auctoritate vniuerſalis eccl'ie ſimbolũ ſit editũ. nil incõuenient̃s ibi ꝯtineri p̃ot. Eſt aũt triplex ſimbolũ approbatuꝫ ab eccl'ia. Primũ qđ dꝛ aplõꝝ quaſi editũ ab apl'is ſcꝫ credo. qđ dꝛ ſubmiſſe ſeu occulte. qđ ex eo fit. qꝛ t̃pe pſecutionis editũ fuit fide nõ publicata. In p̃mis aũt dꝛ et ꝯpletorio. quaſi ꝯ tenebras erroꝝ p̃teritoꝝ ꝛ futurorum. Sed aliud ſimbolũ ſcꝫ ſm editũ fuit fide iam manifeſtata. ꝛ eccleſia habẽte pacem. ꝛ iõ publice cantatur in miſſa. De iſto ſimbolo dicit̃ de ꝯſe. di. iiij. Baptiſandos oportet fidei ſimbolũ addiſcere. ꝛ epiſcopo vel p̃ſbytero reddere. Et intelligit̃ de adultis. Et loquit̃ de ſimbolo apoſtolorũ ſcꝫ Credo in deũ patrem ꝛc̃. vt patet diſti. c. ca. ante. xx. Et rationẽ hui⁹ ꝛ figurã aſſignat Rabanus dicẽs. Prius ip̃e chriſt⁹ ceci nati oculos luto ex ſputo facto ſupliniuit. ꝛ ſic ad aquas ſiloe miſit. qꝛ p̃us debꝫ baptiſandus fide incarnatõnis inſtrui. ꝛ ſic ad baptiſmuꝫ credulus admitti. vt ſciat cui⁹ gratie eſt in eo particeps ꝛ cui iam debitoꝛ fiat deinceps. de ꝯſe. diſti. iiij. ante baptiſmum. Scđm ergo ſimbolũ dicit̃ ſimbolum patrũ qui editus fuit in ꝯcilio Niceno. vt dicit̃ in decre. di. xv. ¶. i. Et ſciendũ q̀ in oĩbus ſimbolis eadem fidei veritas docet̃. Sed qꝛ ibi oportet populũ diligẽti⁹ inſtrui de fidei veritate. vbi errores inſurgũt. ne fides ſimplicium corrumpat̃. ꝓpter hoc fuit neceſſariũ plura edere ſimbola. quia ĩ nullo alio differunt. niſi q̀ in vno plenius explicat̃. quod in alio implicite ꝯtinetur. ſm q̀ exigebat hereticoꝝ inſtantia. Et qꝛ ꝯfeſſio fidei tradit̃ in ſimbolo quaſi ex pſona totius eccleſie que p̃ fidẽ vnitur. Fides autẽ eccleſie eſt fides formata. ideo confeſſio fidei in ſimbolo traditur. ſm q̀ conuenit fidei formate. vt dicatur. Credo in vnũ deũ. vt etiam ſi qui fideles fidẽ non habent formatam ad hanc formã pertĩgere ſtudeant. Et qꝛ nul⁹ error exort⁹ fuit apud hereticos de deſcẽſu xp̃i ad ĩferos. iõ ñ fuit necẽm aliquã explicatõꝫ circa h̃ fieri.

Quare neceſſariũ fuit ponẽ ſimboluꝫ.

Triplex ſimboluꝫ ab eccl'ia approbatũ

Et ꝓpter h̄ nō iterat̄ in ſimbolo patꝝ. ſ; ſuppoit̄ tanq̄ determiātū in ſimbolo aplorꝝ. Nō eī ſeq̄ns ſimbolū ab olet p̄cedēs. ſ; potiꝰ illō expōit. Et meliꝰ ḋr in ſimbolo ſctām ecclīam. ſine in. ⁊ cōius ḋr ſm leonē. ſi tn̄ dicat̄ in ſctām ecclīam. erit ſenſus. Credo in ſpm̄ ſctm̄. ecclīam ſcī ficātē. ita ꝙ refert̄ fides nr̄a ad ſpm̄ ſctm̄. q̇ ecclīam ſctīfi cat. Uel ſm aug. intelligit̄ ecclīa ꝯuerſans credit in deū de ꝯſe. di. iiij. p̄ma. Tertiū ſimbolū eſt Athanaſij ſc;. q̇cūq; vult ſaluꝰ eē ⁊c̄. Sꝫ h̄ nō h; rōem ⁊ vim ſimboli. ex eo ꝙ athanaſiꝰ ꝯpoſuit q̇ p̄triarcha alexādrinꝰ fuit. n̄ papa. ad quē ſolū ſpectat ſimbolū edere. Sꝫ ex h̄ ꝙ ecclēſia ſeu ſūmꝰ pōtifex. vidēs ꝙ illud qḋ ꝯpoſuit athanaſiꝰ ꝑ modū cuiuſdā doctrine. integrā fidei ꝟitatē breuiter ꝯtinebat. acceptauit ⁊ approbauit ꝓ ſimbolo vt q̄ſi regula fidei habeat̄. Notādū ēt ꝙ in illo ſimbolo patrū factū in nicena ſynodo. dicebat̄ p̄us in articulo de ſpūſctō. Et in ſpm̄ ſctm̄ ex p̄re p̄cedētē p̄re filioq; coeq̄lē ⁊c̄. Et ī geſtis p̄me ephesine ſinodi legit̄. ꝙ ꝑlecto ſimbolo nicene ſinodi decreuit ſctā ſinodꝰ aliā fidē nulli licere ꝓferre. ꝯſcribere vel ꝯponere ſub anathematiſ pena. Et idē firmatū ē in calcedonēſi ꝯcilio. Sꝫ poſtmodum ad remouēdū errorē grecorꝝ q̇ īſurrexit circa ꝑſonā ſpūs ſcti. ⁊ ꝟitatē declarādā in alio ꝯcilio vniūſali fuit additū. Et in ſpm̄ ſctm̄ ⁊c̄ Qui ex p̄re filioq; p̄cedit. Nec incurrit ꝑ h̄ ſniam excōicatōis ſeq̄ns ſinodū gn̄alē. q̄; addidit ad ſimbolū nicenū. tū; q̄; ꝓhibitio ⁊ ſnīa ſinodi epheſine ſe extēdit ad p̄uatas ꝑſonas. q̄ꝝ n̄ ē determiare de fide. Nō eī ꝑ hm̄ōi ſniam gn̄alis ſinodi ablata ē poteſtas ſeq̄nti ſinodo. nouā editōe; ſimboli facere ad magis exponēdū ⁊ declarādū ip̄a ꝯtēta in ſimbolo. Sic eī q̄libet ſinodꝰ obſuauit vt ſeq̄ns ſinodꝰ aliq̇d exponeret ſupra id qḋ p̄cedēs expoſuerat ꝓpter neccātē alicuiꝰ hēſis inſurgētis. tū etiā q̄; qḋ additū fuit ſeu ꝯpoſitū ī ſeq̄nti ꝯcilio vniūſali. nō ꝯtinet aliā fidē q̄; p̄us. i. ꝯtrā ⁊ aduerſam. qḋ īportat aliō relatiuū diūſitatis. ſ; eādē magis declarat. Sic exponit̄ etiā illud apl̄i ad Gal. i. Si q̇s vobis aliud euāgelizauerit p̄ter id qḋ vobis euāgelizaui. etiā ſi angelꝰ de celo. anathema ſit. Credēdū ē alios veros p̄dicatores galathis p̄dicādo multa dixiſſe. q̄ nō dic̄ apl̄s. Nec tn̄ fuerūt excōicati. q̄; nō dixerūt aliud q̄; apl̄s. i. ꝯtriū fidei ꝑ ip̄; p̄dicate. q̄uis potuerit dicē mlta q̄ apl̄s nō dixerat ad maiorē ḋclaratiōe; dictorꝝ ꝑ eū.

## Cōpoſitio ſimboli .§. IIII

ꝑtinet ſolū ad ſūmū pōtificē. Et rō eſt. q̄; editio ſimboli fit in ſinodo ſeu ꝯcilio gn̄ali. ſ; ſinodꝰ gn̄alis auctē ſolūmō ſūmi pōtificis p̄t ꝯgregari. vt hr̄ in decre. di. xvij ꝑ totū. ḡ ad ip̄m ſpectat editio ſimboli. Pro huiꝰ maiori declara. ḋt b. Tho. ij. ij. q. i. ꝙ noua editio ſimboli neceſſaria ē ad vitādū errores inſurgētes. Un̄ ad illiꝰ auctoritatē ꝑtinet ſnīaliter determinare ea q̄ ſūt fidei. vt ab oīb; incōcuſſa fide teneat̄ ac tueat̄. Hoc aūt pertinet ad auctē ſūmi pōtificis. ad quē maiore; ⁊ difficiliores eccleſie q̄ōnes referunt̄. Dr̄ eī in decre. di. xvij. Et ſūt ꝟba pelagij pape ſcribētis his q̇ ꝯuenerāt ad illicitā ꝯuocatianē Johānis ꝯſtātinopolitani. Multis de vno apl̄icis ⁊ canonicis atq; eccl̄iaſticis inſtruimur regulis. nō debere abſq; ſnīa romani pōtificis ꝯcilia ꝟl̄ia celebrari. Quapropter recte nō ꝯciliū ſ; ꝟrm ꝯuēticulū vel ꝯciliabulū cēſeat̄. ⁊ q̇cq̇d in eo actū ē. irritū hēat̄ ⁊ vacuum. Et ita maiores ⁊ difficiliores q̄ōnes vt ſctā ſinodꝰ ſtatuit ⁊ btā ꝯſuetudo exegit. ad ſedē apl̄icā ſēꝑ referant̄. Et xxiiij. q. i. dic̄ Innoc̄. Quotiēs fidei rō ꝟtilat̄. arbitror oēs fr̄es ⁊ coepiſcopos nō niſi ad petꝝ. i. ſui noīs ⁊ honoris auctoritatē referre debere. ꝙ ꝑ totū mundū poſſit eccl̄ijs ꝓdeſſe oīb;. hec ibi. Un̄ ⁊ xp̄s Lu. xxij. petro dixit quē ſūmū pōtificē ꝯſtituit. Ego ꝓ te rogaui petre vt nō deficiat fides tua. ⁊ tu aliq̄n̄ ꝯuerſus ꝯfirma fratres tuos. Et rō huiꝰ ſm tho. q̄; fides vna d; eſſe totiꝰ eccl̄ie ſm illud. i. Corꝝ. i. Idip̄m dicatis oēs ⁊ nō ſint ī vobis ſciſmata qḋ ſeruari nō poſſet. niſi queſtio de fide exorta determinaret̄ ꝑ eū q̇ toti eccl̄ie p̄eeſt. vt ſic eiꝰ ſnīa a tota eccl̄ia firmiter teneat̄. Et iō ſequit̄ ꝙ ad ſolā auctētem pōtificis ſūmi ꝑtinet noua editio ſimboli. ⁊ ſil̄r declaratio credēdorꝝ in dubijs occurrētib; vt dc̄m̄ ē. vn̄ ⁊ Hiero. xxiiij. q. i. ſic ait ad damaſum. Hec ē fides beatiſſimi pape quā in catholica eccl̄ia didicimꝰ. quā q; ſꝑ tenuimus. in qua ſi minꝰ ꝑite aut parꝝ caute forte aliq̇d poſitū eſt. emēdari cupimꝰ a te. q̇ petri ⁊ fidē ⁊ ſedem tenes. Si aūt hec nr̄a ꝯfeſſio apl̄atꝰ tui iudicio cōprobat̄. q̇cunq; me culpare voluerit. ſe impitū vel maliuolū vl̄ etiam nō catholicū ſ; hereticū ꝓbabit. hec dic̄. Hiero in q̇dā libello vbi exponit ſimbolū in fine. Et nota ꝙ eccleſia q̄ errare nō p̄t. ⁊ fides q̄ nō p̄t deficere. ē eccl̄ia romana ⁊ fides romane eccl̄ie. vn̄ Hiero. Sctā romana eccleſia q̄ ſꝑ īmaculata ꝑmāſit dn̄o ꝓuidente ⁊ btō petro apl̄o opē ferēte. in futuro manebit ſine vlla hereticorū inſultatōne ſc; ꝑualēre ſm glo. atq; firma ⁊ īmobil̄ omni tpe ꝑſiſtet. xxiiij. q. i. hec ē fides. Et q. e. dic̄ Luciꝰ papa. A recta fide ⁊ apl̄ico tramite ꝓpter vllā ꝑturbatōem nō lite recedere. ſciētes q̄; btī q̇ ꝑſecutōem patiunt̄ ꝓpter iuſticiā. hec ē aplorꝝ viua traditio. hec vera caritas q̄ p̄dicanda eſt ⁊ p̄cipue diligēda fouēda ⁊ ab oīb; fiducialit̄ tenēda hec ſctā ⁊ apl̄ica mr̄ oīm eccl̄iarꝝ xp̄iana eccl̄ia q̄ ꝑ dei oīpotentis grām a tramite apl̄ice traditiōis nūq̄ erraſſe ꝓbat̄. nec hereticis prauitatib; deprauāda ſuccubuit. ſed vt in exordio normā fidei xp̄iane p̄cepit ab auctorib; ſuis aplorꝝ xp̄i p̄ncipib; illibata fide tenꝰ manet. Ubi glo. dic̄. ꝙ eccl̄ia q̄ errare nō p̄t. ḋr nō papa ſ; ꝯgregatio fideliū. q̇ ſc; tenēt fidē quā docuit petrus cū alijs apl̄is. Et hec ḋr eccl̄ia romana ⁊ fides romane eccl̄ie. ſiu ue ſint rome ſiue alibi. Et ꝓ hac orauit xp̄s. xxi. di. §. i. Et volūtate labiorꝝ ſuorꝝ nō fraudabit̄. Pelagiꝰ etiam papa dic̄ di. xxi. Quāuis vniuerſe ꝑ orbē catholice eccl̄ie thalamꝰ xp̄i ſit. tn̄ ſctā romana eccl̄ia catholica ⁊ apl̄ica nullis ſinodaticis ꝯſtitutis ceteris eccl̄ijs p̄lata eſt. ſed euāgelica voce dn̄i ⁊ ſaluatoris nr̄i p̄matū obtinuit. Tu es inq̇t petrus ⁊ ſuꝑ hāc petrā edificabo eccl̄iam meam. Et infra. Hec ḡ p̄ma ſedes petri romana eccl̄ia nō hn̄s maculā neq; rugā. nec aliq̇d hm̄ōi. glo. arguit ꝙ vbicūq; ſūt boni ibi ē eccl̄ia. Et nota ꝙ macula p̄ōt referri ad hereſim. ⁊ ruga ad ſciſma. Uel ē macula ad mortale qḋ q̇ h; ⁊ ſi nūero nō tn̄ merito ē de eccl̄ia. vt dic̄ Hiero. de pe. di. i. eccl̄ia. Ruga intelligi etiā p̄t hereſis. Hic ēt hieronimus ait. Quī veteꝛ oriēs inter ſe ꝓplorꝝ furore colliſus indiſciſſam dn̄i tunicā ⁊ deſuꝑ ꝯtextā minutatī ꝑ fruſtra decerpit. ⁊ xp̄i vineā extermināt vulpes inter lacos contritos q̇ nō hn̄t aquā ⁊ difficile vbi fons ſignatꝰ ⁊ ortꝰ ille ꝯcluſus ſit. poſſit intelligi. Iō mihi cathedrā petri ⁊ fidē apl̄ico ore laudatā cēſui ꝯſulendā. inde nūc anime mee poſtulās cibū. vn̄ olim xp̄i veſtimēta ſuſcepi. Neq; ꝟo vaſtitas tāta elemēti liq̄ntis. ⁊ interiacēs latitudo terrarꝝ me a p̄cioſe margarite potuit inq̇ſitiōe ꝓhibere. Ubicūq; fuerit corpꝰ ꝯgregabunt̄ ⁊ aq̄le. ꝓfligato a ſobole mala patrimonio apud vos ſolos incorrupta patrū omnino ſeruatur auctoritas. Ibi ceſpite terra fecūda dominici ſeminis puritatē centeno fructu refert. Hic obrupta ſulcis frumēta. loliū. auenas q; degenerāt. nunc in occidente ſol iuſticie oritur. In oriēte aūt lucifer ille qui ceciderat ſuꝑ ſydera poſuit thronum ſuum. Uos eſtis lux mundi. vos ſal terre. vos vaſa aurea ⁊ argentea. Hic vaſa teſtea. virga ferrea ⁊ eterno operiunt̄ incendio. Quāuis igit̄ tui me terreat magnitudo. tn̄ inuitat humanitas. A ſacerdote victimam ſalutarē. a paſtore p̄ſidiū

Pape ſoli ꝑtiet edere ſimbolum.

duis flagito. Fatiſcat inuidia romani dñij ꝛ culmis re⸗
cedat ambitio. Cū ſucceſſore piſcatoris xpi diſcipulo lo⸗
quor ego nullū pmū niſi xpm ſeqns btitudini tue.i.ca⸗
thedre petri cōione ꝯſortior. Sup illā petrā eccleſiā fun
datā ſcio. quicūq; extra hāc domū agnū comederit. pro
phanus eſt. Si qs in noe archa nō fuerit pibit regnan
te diluuio. hec oīa hiero. ad damaſū papā. xxiiij. q.i. qm

# Titulus nonus de diuina

gratia. De duodecim ꝓprietatibꝫ diuine grē ad ſimilitu⸗
dinem lucis materialis. Caplm primum.

## Emitte lucē tuam

ꝛ veritatē tuā. ipa me deduxerunt ꝛ
adduxerūt in montē ſctm̄ tuū et in
tabernacula tua. ps. xlij. Cōſiderans
ꝓpheta neceſſitatē diuine grē quā lu
cem vocat. qꝛ ſine ea nullꝰ ſaluatur. ꝛ
vtilitatē. qꝛ p eā hō bene opat. ꝛ cau
ſalitatem. qꝛ a ſolo deo dat. ſm illud qd in alio ait ps.
lxxxiij. Grām ꝛ gliam dabit dñs. ꝛ nō aliꝰ. iō ipam lu⸗
cem grē a deo petit di. Emitte lucē tuā ꝛc. Loquēs aūt
iohānes euāgel. de vbo incarnato. Erat lux vera q illu⸗
nat oēm hoīem venientē in hūc mūdum. Et eſt ibi diſtri
butio accōmoda. ſi loqmur de lumie grē. Nā de lumie
grē nō eſt verū simplr. Nō enī oēs hoīes illuiant a grā
vt infideles ꝛ iniqui q xpiano noīe gliant. Sz qcunq;
illuiant. nō ab alio q̄ a xpo illuiant. qui qdē inqztū deꝰ
dator eſt oīs grē. vna cū pre ꝛ ſpūſctō. inqztuz vero hō
receptor erat grē. vñ dr Lu. ij. Grā dei erat i illo. Et qꝛ
vnūqdq; q̄to ꝓpinquis eſt pncipio influēti. tāto plꝰ re⸗
cipit de influētia eiꝰ. Ut ptz p exm̄ de appropinqre ad
ignē. ꝛ de flumie ꝓpe mare. Hinc ē q aīa xpi ꝓpinqſſima
imo vnita vbo dei a quo oīs grā recepit copioſiſſime q̄ſi
tiam qſi infinitā ſcz qztū creatura eſt capax recipe. vñ et
de ipo intelligit dctm̄ Jo. i. Nō enī dat deꝰ ad menſurā
ſpm. i. grām ſpūſſctī videlz xpo hoī. Alijs qdē dat men
ſurati ſm determinatā vtutē. Sz xpo a pncipio ſue cō
ceptōnis fuit data tāta. q in eo non poterat creſcere. Et
iō qn̄ dr Lu. ij. Jeſus pficiebat etate ꝛ grā. itelligit nō
ſm hitū interiorē. ſz ſm actū exteriorē ſeu apparentiam.
qꝛ ſm q creſcebat etate ꝛ ſtatura. ita faciebat opa q oſtē⸗
debant maiorē grām ſctitatis. Nos aūt creſcere poſſūꝰ
qtidie p bona opa. Et ad hoc hortat apls fideles dicēs
ij. Cor. vi. Hortamur vos ne inuacuū grām dei recipia
tis. Inuacuū recipit ꝛ fruſtra q in ea ſe nō exercet vt au
geat. Et qꝛ vt dicit phs in. v. metha. Primū in vnoqq;
genere eſt regula ꝛ cā alioꝝ. iō cū xps ſit pmū in genere
recipientiū grām de ſplenitudine eiꝰ. vt ſcribit Jo. i. ſcilz
ex merito eiꝰ ꝛ exēplo eiꝰ ñ q de ſua ſit aliqd diminutū.

## Eſt aūt duplex gratia. §. I.

ſm be. tho. in ſumma. ꝛ alios doctores ſcz gratū faciens
ꝛ gratis data. ꝛ vtraq; ſp pleniſſime in xpo. Grā vtra⸗
q; dr. qꝛ gratis dat ꝛ ſine meritis nrīs. Magna aūt
differētia ē inter vtrāq; grē. Primū. qꝛ grā gratū faciēs
eſt ꝓpria bonoꝝ. qꝛ nullꝰ ſine ea eſt vere bonꝰ. ꝛ oīs bonꝰ
cā hꝫ. Sz grā gratis data eſt cōis bonis ꝛ malis. Nam
ꝓphete fuerunt aliq boni vt Iſaias. Hieremias ꝛ hmōi.
Alij mali. vt Balaā. ſaul. Alij miracula fecerūt vt apli.
fecerūt ꝛ magi pharaonis reprobi. Et iō q qs nō hēat
nō hꝫ triſtari. ex q cū ea pt eſſe malꝰ ꝛ ſine ea eſſe bonus
Scdo grā gtū faciēs ē qdā donū hituale in aīa ſm
tho. i. ij. q. cx. vel qdā influxꝰ ſeu radiꝰ a diuina luce infuſꝰ
in aīa ad ſui vtilitatē. qd qdē ſp pmanet in aīa faciēs eā
deo gratā. ꝛ opa eiꝰ bona ꝛ meritoria. Semp dico pma⸗
net. niſi qs ſe ea puet. h aūt accidit p qdlibꝫ mortale. Cū

Nota grām eē duplicem.

ei qs aliqd eoꝝ ppetrat ex toto amittit grām. nec ē i ſua
ptāte eā recupare. niſi deꝰ ſua mīa eā infūdat qd facere
ſolet. reuertēdo pctōrē ad pniam. Ro. v. Juſtificati gtis
grā ipiꝰ. Alias aūt deꝰ nūq; aufert hoī grām ſine cul⸗
pa ſua. Sz grā gtis data diuidit in nouē genera. vt
ponit apls. i. Coꝝ. xij. vbi ait. Diuiſiōes graꝝ ſūt. idem
dñs ſcz dator eoꝝ. Alij dat p ſpm̄ ſermo ſapie. Alij ꝛc.
Et hmōi grē nō ſūt in aīa p modū hitꝰ fixe. ſz p moduz
paſſiōis trāſeūtis. Nā illi q ſūt vere ꝓphete nō hñt cōti⸗
nue ꝓphetiā in mēte. vt ꝓphetēt ad placitū ſuū. ſpūſſcūs
tāgit corda eoꝝ. Uñ ꝛ helizeꝰ dixit de ſunamite. Aīa eiꝰ
in amaritudine eſt ꝛ dñs celauit a me. Silr q faciunt
miracula. non ſp pñt ea facere ad libitū. Sz qn̄ deꝰ dat
eis talē vtutē. Uñ ꝛ ſubtrahit iſta grā gtis data ſine cul
pa habētis. Tertio differūt. qꝛ grā gtū faciētē q habꝫ
oēs eiꝰ ptes. i. effectꝰ ad ſalutē nccrios vt vtutes q ab ea
pcedūt oēs poſſidet. Sz grām gtis datā nulli ſimł hñt
oēs ptes eiꝰ. Sz qs hꝫ ꝓphetiā. aliꝰ vtutē faciēdi miracu
la. alter ſermonē ſapie vel ſcie. Et ſi aliqs haberet plura
ex his. nō ſił ea hꝫ. Solꝰ xps fuit q oēm ꝛ ſūmū graduz
oīs grē ſp habuit vtriuſq;. Et de h dr pe. di. ij. qrenduz.
ꝛ Jo. i. dr. Plenū grē ꝛ vitatis. Quia igit grā gtū faciēs
eſt illa q ē nob nccria. iō hāc poſtulat ps. xlij. di. Emitte
ꝛc. Ubi tria nota. Precioſitatē eius admirandam. ibi.
Emit. lu. tuā ꝛ vi. tuā. Operoſitatē eiꝰ ꝯſectādā. ibi Ip
ſa me dedu. ꝛc. Felicitatē ex ide āplexādā. ibi. et ad. i ꝛc.

De grā gtis data.

## Primū ſcz nobilitas. §. II.

ꝛ pcioſitas grē ptꝫ ex h q aſſilat luci. Emitte inqt lu. t.
Sz qd pcioſiꝰ luce eſſe valet. cū ipe deꝰ lux dicat. i. Jo. i.
Deꝰ lux ē ꝛ tenebre in eo nō ſūt vlle. Eſt tn̄ deꝰ lux icrea
ta ꝛ eſſentialis. grā aūt lux creata ꝛ accidētalis p quā ip
ſa lux increata. ſeu vitas ꝛ vbū diuinū nob mittit ꝛ hē
tur. vñ poſt lucē ſubdit. Et vitatē tuā ſcz mitte. De ipa
grā loqns petꝰ in canoni. ſua ait. Maxia ꝛ pcioſa no⸗
bis donauit ſcz deꝰ vt ſimꝰ diuine nature ꝯſortes vꝫ p
lucē grē. Sz vt magis clareſcat pcioſitas grē notabi
mus. xij. ꝓprietates eiꝰ ad ſilitudinē lucis materiał. Pri⸗
mo eſt pmitiua in exordijs. Scdo ē mltiplicatiua i me
dijs. Tertio ē reductiua a deuijs. Quarto ē declaratiua
in dubijs. Quito ē letificatiua i gaudijs. Sexto ē pene
tratiua in diaphonis. Septio ē ſtati ſparſiua i ſpacijs
Octauo ē coinqnatiua a ſpurcicijs. Nono ē illuiatiua
in tenebris. Decio ē ꝯfortatiua in egris. Undecio ē aug
mētatiua in radijs. Duodecio ē decoratiua in eſſentijs.

Grā ꝯpatur luci.

De pmo dr ſap. Prio oim creata ē lux. Qd declarat
moyſes di. q pmo dieꝝ oiꝫ dixit deꝰ. Fiat lux. ꝛ facta ē
lux. Hāc lucē dr mgr i hiſto. ſcolaſt. fuiſſe qndā nubē lu
cidiſſimā q exercuit offm̄ ſol vſq; ad qrtā diē qn̄ creatꝰ
eſt ſol. Sz alij ſubtiliꝰ dicūt hāc lucē fuiſſe ſolē creatū tē
in forma ſua ſubali ꝛ materiali. Sz qrta die additā fuiſ
ſe ei qndā ꝓprietatē accidētalē cuiꝰ reſpectu dr factꝰ cuz
luna ꝛ ſtellis. Aug. adhuc pfūdiꝰ dic naturā angelicā pri⸗
tū ꝯformatā ſcz luce grē ꝯſūmate ꝛ ꝯfirmatā in glia ad
deū ꝯūſā ꝛ ſepatā a tenebris maloꝝ q de celo ceciderūt.
Quōcūq; mō accipiat lux ē pma in exordijs dieꝝ. Sic
lux grē ē pmū donū qd cōicat deꝰ creature rōnali. vt va
leat eū poſſidere. Et poſtea apls in ſuis eplis pncipiuz
ſalutatōis a grā exordit di. Grā vob ꝛ pax a deo patre
ꝛ a dño ieſu xpo. Hāc eis p oibꝫ optās vt pcioſiꝰ oībus
Tota ei vtꝰ nature nō poſſet vnā aīam ducere ad gliaz.
Sz miimꝰ gdꝰ grē eā pducit ad illā. Et iō bñ dr Amb.
Potior ē grā q̄ natura. de ꝯſe. di. ij. reuera. Scdo lux
eſt mltiplicatiua i medijs. Uidēꝰ ei q d mane orto ſole
luxꝰ ē i oriēte i occidēte meridie ꝛ ſeptētriōe. qnio d no
cte qn̄ ſol curſū ſuū i hemiſpio qd ē iſra nos ꝯplet. mlti
plicāt radij eꝰ vſq; ad celū. ꝛ reūbati i lūā ꝛ ſtellas. fac

eas luīoſas.q̄ ex ſe p̄cipue luna nō hȝ lumē ſȝ a ſole reci-
pit. Et illa reuberatio in lunā facit nos videre lunam et
ſtellas qn̄ aer ē ſeren⁹. Sȝ nō ita illuiat aerē ſicᷓ i die p-
pter nimiā diſtātiā. In die aūt cū ſol apparet ſup noſtꝝ
emiſperiū ex reuerberatōe radiꝝ ei⁹ ſup terrā illuiatur
aer vehemēter ꝓpter ꝓpinq̄tatē aeris ad ipam reuerbati-
onē. Sȝ aer diſtās mlt̄ū a terra paꝝ illuiaꝛ ⁊ ē tenebro
ſus ſicut de nocte. Eſt ḡ lux mlt̄iplicatiua in medijs illu
minatis. Lux aūt grē illuiat oīa opa nr̄a q̄ debite fiunt
vt ſint meritoria.q.ſūt tanq̄ȝ media ꝑueniēdi ad patriā.
Si loq̄ꝛ.ſi comedit.ſi ambulat.ſi opaꝛ.ſi ad dormiēduȝ
accedat debita intētiōe.in oībꝫ mereꝛ.vn̄ Gre. Nec ſom
nus ſctōꝝ vacat a merito. Sine grā aūt nulla opa ele-
moſine.abſtinētie.⁊ hmōi.ſūt meritoria vite eterne. Un̄
aug.de pe.di.iij.Credendū eſt vt cū grā xp̄i deſtruxerit
mala pc̄ta.i.pctā.etiā remūeret bona.ſcȝ q̄ q̄s facit in ea.
⁊ q̄ fecerat ꝓus ante lapſum i pctm̄. verꝫ q̄uis bona fa-
cta extra grām nō valeāt ad vitā eternā.nō tn̄ dȝ pctōꝛ
dimitterꝛ q̄n oē bonū qđ p̄t faciat. qꝛ valēt ad mlt̄a alia
bona.⁊ p̄cipue ad diſponēdū ad grām. Un̄ dꝛ de tn̄.de
pe. di.v.falſas.Quicq̄d boni pōt facere hortamur vt fa
ciat vt de⁹ cor ei⁹ illuſtret ad pn̄iam.ſ.p grām. Tertio
lux ē reductiua a deuio. Sic ait ſaluatoꝛ ⁊ experiētia docȝ
Qui ambulat in nocte offendit.qꝛ lux nō ē in eo. Jo.xij.
Offendit aūt aliq̄d in pingēdo vel lubricū patiēdo.vel
calcādo.vel viā rectā dimittēdo. Sȝ luce apparēte ꝑpen
dit deuium callē ⁊ reduciꝛ ad viā rectā. Nūq̄ȝ fuit aliq̄ſ
ita ſapiēs ſciā naturali vel morali.q̄ nō deuiauerit a via
recta ꝟtutū ſine luce grē xp̄i. Un̄ dicūt reprobi in iſer
no. Errauim⁹ a via ꝟitatis. Sol iuſticie nō illuxit nob.
Sap.v. Sic paul⁹ cū fuit in tenebris ignorātie ex luceȝ
grē deuiabat.ꝑſeq̄ns xp̄m cū fidelibꝫ ſuis.arbitrat⁹ ſe i
hoc obſequiū p̄ſtare deo. Sȝ eo appropinq̄nte damaſco
vt caperet xp̄ianos.circūfulſit cū lux de celo ⁊ p̄ſtrauit eū.
auferēdo ei ad tp̄s lucē corꝑalē.infudit ei lucē interne g̃
tie.⁊ reuocat⁹ eſt ad viā ꝟitatis ⁊ eē ſpūalis.vn̄ dicebat.
Grā dei ſum id qđ ſum.⁊ ad Gal.i.Cū autē placuit ei
q̄ me vocauit p grām ſuā.ꝯtinuo nō acq̄eui carni ⁊ ſan
guini. Quarto lux ē in dubijs certificatiua.qn̄ ē q̄s i
tenebris ⁊ dubitat de aliq̄ qđ obijciꝛ viſui.ſi eſt ꝟe qđ
exiſtimat.ad lucē certificaꝛ. Sic exm̄ habem⁹ de duabꝫ
meretricibꝫ ꝯtēdētibꝫ corā ſalomone.q̄ꝝ ſcȝ vna ꝟa mr̄
ſupuiuētis dicebat.Cū ſurrexiſſem mane vt darē lac fi-
lio meo apparuit mortu⁹. Sȝ clara luce deꝑhēdi hūc n̄
eſſe filiū meū.iij.Reg.iij. Sic lux grē clarificat mētē in
dubijs.qꝛ inſtigat hoīem vt a ſapiēte illuſtreꝛ.⁊ ſi nō hȝ
quē ꝯſulat ipm lumē grē docet.i. Jo.i. Unctio.i.gratia
ſpūſſcti docebit vos de oībꝫ ſcȝ neceſſarijs ad ſalutē.pro
bat ex h̄ b.tho.i.ſe.q̄ nō pōt q̄s extra grām ꝯſtitut⁹ mlt̄
tū manere q̄n labaꝛ in alia mortalia. Cui⁹ rō ē.qꝛ freq̄n
ter occurrūt hoī caſus repētini ⁊ dubij.in q̄bꝫ oȝ ſubito
cape determinatōem faciēdi vel nō faciēdi aliq̄d. nec hē
bit quē ꝯſulat.In repētinis aūt cōiter hō opaꝛ ſm hitū
p̄cōceptū ⁊ finē ſibi p̄ſtitutū.Qui aūt eſt ex grām hȝ vi
cioſum hitū.⁊ p fine vltio ꝯſtituit ſcȝ aliud q̄ȝ deū. Un̄
ſm hi.ū vicioſū deliberat in dubio peccās ꝯ deū. Et io
bn̄ dic apl's ad Heb.xiij. Optimū ē gratia ſtabilire cor.
Quīto lux ē letificatiua,ꝓuerb.xv. Lux oculoꝝ letifi-
cat aiam. Et Eccs.xi. Delectabile ē oculis videre ſolem.
Un̄ ⁊ magi cū inſpexerūt lucē ſtelle quā amiſerāt.vidē
tes ſtellā gauiſi ſūt gaudio magno valde. Mat.ij. Sȝ ⁊
aues videm⁹ q̄ de nocte ſilēt.cū aūt lux aurore exſurgit
incipiūt cātare modulis ſuis q̄ſi letātes. Nullū tale gau
diū q̄le adminiſtrat lux grē.ꝓpter qđ de ſapiā q̄ ē lumē
grē dꝛ Sap.vij. Nō hȝ amaritudinē ꝯuerſatō illi⁹ neq̄ȝ
tediū ꝯuict⁹ illi⁹.ſȝ gaudiū. Sexto ē penetratiua i dia
phonis. Nā cū corp⁹ ſolare ſit in celo qđ ē ſolidū radi⁹

ei⁹ penetrat eos.ſicᷓ etiā penetrat feneſtrā vitreā intrans
domū abſq̄ȝ ſciſſiōe ei⁹.vn̄ dꝛ Eccī.xliij. Sol illuīnans p
oīa reſpexit. Sic grā ſpūſſcti facꝛ penetrare oīa.ſm illud
apl̄i. Spūs oīa ſcrutaꝛ etiā ꝓfūda dei. Facit etiā ſcrutari
totā vitā ſuā.⁊ nō ſolū pctā magna ſȝ mīmas cogitati
ones ⁊ affectōes inordiatas recoḡſcēs deflet. accidit de
grā copioſa ſicᷓ de radio ſolis. in q̄ in aliq̄ loco reuerbe-
rāte apparēt inumeri athomi.i.minutiſſimi puluiſculi.
Ubi aūt radi⁹ nō reuerbat null⁹ talꝛ apparet. ita vbi ra-
di⁹ grē illuſtrat.mēs inumeros i ſe defect⁹ coḡſcit. Exm̄
de paulo q̄ cū dixiſſet. Pl⁹ oībꝫ laboraui. nō aūt ego ſed
grā dei mecū ait.i.ad Thi.i. Uenit ieſus pctōres ſaluos
facere.q̄ꝝ pm⁹.i.maxi⁹ ego ſum. Septio lux ſubito
ſpgiꝛ.Cū eni de mane ſol oriꝛ. ſubito radi⁹ ei⁹ diffūdiꝛ
vſq̄ȝ ad occidēte ſine mora. Propterea dixit dn̄s ad iob
Si ſcis p quā viā ſpargiꝛ lux.q.dicat.nō vales ſcire.qꝛ
nō paulati ſȝ ſubito diffundit radiū. Sic grā ſpūſſcti
facꝛ hoīem ꝓmptū ⁊ velocē nō tardū ad bn̄ faciēdū. In
cui⁹ ſignū dꝛ Act.ij. Fact⁹ ē repēte de ce.ſo.tāq̄ȝ aduen.
ſpūs vehe. Ubi dicꝛ glo. Neſcit tarda molimina ſpūſſcti
grā. Et ex h̄ p̄t q̄s aliqualꝛ ꝯiecturare ſi grām dei hȝ.qꝛ
vt dꝛ phs in li.ethi. Signū hit⁹ acq̄ſiti ē ꝓmpte ⁊ facili
ter opari. Octauo lux ꝑſeruat a ſpurcicijs.nā radius
ſolaris trāſiēs p lutū ⁊ q̄cūq̄ȝ īmūda nō coinq̄naꝛ ſȝ p-
manet in ſua puritate. Silꝛ grā q̄ ē in ſacris q̄ admini
ſtraꝛ p malos miſtros. Uiq̄ȝ nō maculaꝛ vel minuitur
ꝓpter maliciā miſtroꝝ. Et h̄ ē qđ ait aug.i.q.i. Spūal
ꝟtus ſacri vt lux puriſſima p īmūdos trāſiēs nō coinq̄
naꝛ. Sȝ ⁊ illi q̄ hn̄t dei grām dū in ea ꝑmanēt.⁊ ſi ꝯuer
ſenꝛ inter peſſimos.ꝯſeruanꝛ in ſua bonitate ⁊ nō ꝑmit
tūt ſe maculari malis exēplis alioꝝ. Sine grā etiā loca
ſolitaria nō p̄ſeruāt a pctīs.qđ Gre.oñdit di. Quelibȝ
occulta loca aīaȝ ſine grā ſaluare nō pn̄t ſcȝ a pctīs. Nā
⁊ loth in ciuitate ſodomoꝝ iuſt⁹ fuit in grā ſcȝ ꝑmanēs
in mōte peccauit.di.xl.q̄liber. Nono lux ē illuīatiua et
p ꝯn̄s expulſiua tenebraꝝ. Nō ē aliud tenebre q̄ȝ ꝑuatō
lucis. Eſa.ix. Ambulātibꝫ in regiōe vmbre mortꝭ lux or-
ta eſt eis.q̄ ſcȝ tenebras toleret. Lux grē ſine dubio tollit
oēm tenebrā pctī mortalis.qđ vtiq̄ȝ obtenebrat mentē
⁊ ꝑducit ad tenebras infernales. Quāuis ei grā gratuȝ
faciēs ꝯpatiaꝛ ſecū venialia.nec ea ſp tollat. nullū tamē
mortale ſecū patiꝛ.ſȝ qđlibȝ expellit īmediate. vt ſuū ꝯtrā
um oīno.vn̄ apl's ad Tytū. Apparuit grā dei ſaluato-
ris nr̄i ⁊c. Juſtificati ḡtis grā ipi⁹. Juſtificaꝛ aūt q̄s p
expulſionē ſeu remiſſionē pctōꝝ.⁊ h̄ ē p grām. Illuiat q̄
q̄ȝ mētē de agēdis. Et de ꝯſe.di.iiij. Placuit.dꝛ p grām
apiꝛ nobis ītelligētia mandatoꝝ dei. Decīo ē lux ꝯfor
tatiua ſeu corroboratiua egris. Pȝ p experiētiā. qꝛ de no
cte qn̄ radi⁹ lucis ſolaris nō ē ſup terrā infirmi deterius
ſe hn̄t. Qn̄ etiā aer ē pluuioſus vel nebuloſus. etiā ſani
ſūt magis debiles.q̄ȝ cū aer ē ſeren⁹ ⁊ clare illuiaꝛ. Sic
lux grē fortificat hoīeȝ ad bn̄ opādū. Ro.viij. Ip̄e ſpūs
adiuuat īfirmitatē nr̄am ſcȝ grā ſua.vn̄ Aug. Sine ip
ſo opante vt velim⁹ ⁊ coopante vt faciam⁹.nulla bona
opa valem⁹. Opaꝛ aūt ſm tho.p grām.⁊ coopaꝛ. Et p
heretico anathematizaꝛ q̄ aſſerit q̄ grā ſolū docet. quid
agēdū.lꝛ iuuat ſolū vt meli⁹ bonū faciā⁹. ſȝ ēt ſine ea poſ
ſum⁹ bn̄ ⁊ meritorie facere. Ip̄a grā tāti vigoris ē et ita
corroborat. vt mīm⁹ grad⁹ ei⁹ ſit ſufficiēs ad vicēdū oēȝ
tētatōȝ.⁊ ſufferēdū oēȝ tribulatōȝ mōi.ſcq̄ndo iſticū e⁹
Un̄ ⁊ paulo ſtimulū ſiue tētatōȝ carnis patiēti.ſȝ grē.
in moralꝛ. Siue īfirmitatꝭ corꝑalꝛ. ſȝ aug. ſup pſalterium
dctm̄ fuit.ij.Coꝝ.xij. Suffic tibi grā mea ſcȝ ad vicēdū
tētatōem ⁊ ſufferēdū īfirmitatē. Eſt lux vndecīo augm̄
tatiua i radijs.qꝛ augeꝛ a mane i meridiē. vn̄ Eccl. dici-
es diē ſupat.⁊ lux lucē.maior ei lux appet ſeu magꝭ illuī
nat⁹ aer hora.iij.q̄ȝ.j.⁊ meridie mgꝭ q̄ȝ hora.iij.qꝛ radi⁹

ſolaris magis directe reuerberat terrā. Sic lux grē cōti nue augeẗ vel habitualr̄ vel diſpoſitiue ab electis ꝑ qōlꝫ hẽt ꝟtuoſum opus diſpoſitiue augeẗ. ſic̄ ⁊ corp9 hūanū ꝑ qualibet comeſtionē diſponiẗ ad augēdū. dū eſt ī ſta tu augm̄ti. ⁊ ſi ñ actu augeaẗ ꝑ qualibꝫ ꝓū. iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplendēs ꝓficit ⁊ creſcit vſqꝫ ad ꝑfectū di em. Exponit Gre. ſuꝑ ezech. de ꝯuerſatōe electoꝝ dei q̄ creſcūt ꝑ bona oꝑa in grā vſqꝫ ad diē clarā glīe. Infiniti ſunt grad9 grē. ⁊ q̄to q̄s magis in ea ꝓficit. tāto magis videt q̄tū ſibi deeſt. ⁊ iō laborat vt creſcat cognoſcēs ꝑ ſicere. hinc ⁊ apl's ad Phil. Que retro ſūt oblit9 ad bra uium ſeq̄r ſuꝑne vocatōis. Duodecimo. lux eſt deco ratiua corpoꝝ. Dicit̄ enī corp9 pulchrū. qō habet debitā mēbroꝝ ꝓportionē cū q̄dā refulgētia. Vñ ⁊ ſi corp9 eſſet bñ ꝓportionatū nō haberet claritatē. ſic̄ corpa theucroꝝ vel ethiopū nō eſſent pulcra. Et iō vt dicūt doct. vt oꝑa ſua q̄ factur9 erat pulcra apparēt. inchoauit a luce. ita et lux grē decorat oꝑa hūana. lumē rōnis cū q̄s oꝑaẗ ſ̄m eandē aliq̄ntulū decorat. ſꝫ nō ꝑfecte. Sꝫ lux grē addi tū ꝑfecte. vñ apl's. Eram9 aliq̄n tenebre. nūc aūt lux in dño. vt filij lucis ambulate. ſic̄ ⁊ xp̄s docuit. lux vera fi lios ſuos dicēs. Sic luceat lux vr̄a corā hoīb9 ⁊c̄. Mat thei. v. Et ſap. dr̄. O q̄ꝫ pulcra ē caſta generatio cū clari tate. Generatio caſta ē oꝑatio generata ſeu ꝓcedēs ab in tellectu. vt a viro legitio ſeminante volūtate. bonū cogni tum vt in vxorē. nō in ſenſualitatē ancillā ꝑ errorē. quia tū cadultera. Et talis oꝑatio rōnis cū claritate grē. vti q̄ꝫ eſt valde pulcra. Quid pulcri9 vita xp̄ianoꝝ. Hinc b. amb. in examerō. Illa aīa a deo pingiẗ q̄ hꝫ in ſe ꝟtutū grām renitētē ſplēdorē q̄ꝫ pietatis. Illa aīa bñ picta eſt. in q̄ elucet diuīe oꝑatōis effigies. Illa aīa bñ picta ē in qua ē ſplendor glīe ⁊ pr̄ne imago ſubē. ſ̄m hāc imaginē que refulget pictura p̄cioſa eſt. de pe. di. ij. illa. Cum ipſis ergo luce grē mittiẗ a deo veritas dei filius.

De gratie oppoſitate

## Secūdū principale. §. III.

ſcꝫ oppoſitas q̄ ab ea ſequiẗ notaẗ cū dr̄. Ipa me dedu xerūt. ipa ſcꝫ grā ⁊ ꝟitas. de vno ad aliud me deduxerūt Et q̄ ſint iſte vie ꝑ q̄s gratia ducit oñdit ps̄. di. Ibūt d̄ ꝟtute in ꝟtutē. i. de oꝑe vni9 ꝟtutis ad op9 alteri9 ꝟtutis Nō enī decet ſꝑ ſe exercere in oꝑe vni9 ꝟtutis. Sꝫ aliq̄n in oꝑe fidei q̄nqꝫ in oꝑe ſpei. q̄nqꝫ in oꝑe caritatis. vl' de ꝟtute infuſa ꝑ grām q̄ ſubito generaẗ in ꝟtutē acq̄ſitaꝫ habituatā ꝑ ꝯſuetudinē. Ex opib9 ei freq̄nter m̄ltipli catis caſtis ⁊ iuſtis ⁊ ꝯſtātib9 ꝑſeuerādo efficimur caſti iuſti. fortes. ⁊ hmōi. Uel de vna eadē ꝟtute imꝑfecta. in ꝟtutē ꝑfectiorē. Nemo enī repēte fit ſumm9. ſed a mini mis q̄ſqꝫ inchoat vt ad maiora ꝑueniat. Grad9 ei eſſe in ꝟtutib9 pulcre ⁊ diffuſe oñdit Gre. de pe. di. ij. Dū ſan ctam eccleſiam. ibi vide.

## Quantū ad tertium. §. IIII

ꝑncipale qō eſt ꝯſecutio eterne felicitatis ait. Adduxert ſcꝫ demū in monte ad montē ſctm̄ tuū altiſſimū glorie. vbi ſūt plēs māſiones differētes ſcꝫ p̄mioꝝ. ⁊ hec ſunt tabnacula dei in q̄b9 habitat in glīa. Nā ait ps̄. lxxxiij. Grām ⁊ glīam dabit dñs. q̄ grā ducit ad glīam. Notā

De gratie acceptiōe multiplici.

dū aūt q̄ grā ſumiẗ tripl'r vt notat Archidia. poſt Ale xan. ſuꝑ ca. grā. i. q. i. Prīo mō dr̄ grā donū dei increa tum qō gratis daẗ nobis. i. ipē ſpūſſctūs gratis dās. de qua p̄t intelligi illud apl'i. Grā dei in me vacua nō fuit Scdō dr̄ grā donū in nobis ꝯcreatū. i. q. i. ſum9 ad ima ginē dei. ⁊ h̄ cōe om̄ib9 hoīb9. de q̄ p̄t intelligi illō apl'i. Grā dei ſꝑ in me manet. Nō enī pōt hoc tolli cū natu rale ſit. Tertio dr̄ grā donū infuſum a deo. faciēs aīam deo gratā ⁊ oꝑa ei9 meritoria. de q̄ dr̄ ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna ſcꝫ habeẗ. Quarto dr̄ grā p̄m9 effectus grē p̄dicte poſt lapſū. i. remiſſio pctōꝝ. ⁊ ſic ſumiẗ in pri cipio eplāꝝ pauli cū dr̄. Grā vobis ⁊ pax a deo prē ⁊c̄. dic̄ glo. i. remiſſio pctōꝝ ⁊ recōciliatio ad deū. Quīto dr̄ grā p̄m9 hit9 ꝟtutis. in q̄ manifeſtaẗ grā. i. fides. ad He bre. vlt. Optimum ē grā ſtabile cor. glo. i. vt hēatis fidē ꝑfectā. Sexto dr̄ grā donū p̄rogatiue grē ſeu dignitatꝫ vt ſacer ordo. i. ad Thi. iiij. Noli negligere grām q̄ data eſt tibi ꝑ impoſitōem man9 p̄ſbyterij. ⁊ de hac intelligiẗ illō ca. i. q. i. grā. infra c. iij. ⁊ īfra ti. xv. c. xix. Septīo dr̄ grā grē ſignū ſeu g̃tis data. vt ꝓphetia. oꝑatio miracu loꝝ. ⁊ hmōi. de q. i. Coꝝ. xij. Diuiſiōes grāꝝ ſunt. idē vo dñs ⁊c̄. Illa enī oꝑa ſūt ſigna q̄ in talꝫ ſit grā. nō tñ ſeꝑ poſito ſigno poniẗ res. Octauo dr̄ grā qōcūqꝫ donum alteri cōicatū. nō tñ oīb9. ſiue tp̄ale vt diuitie. ſiue ſpūa le vt ſcīa. Et de hac dr̄. i. Pe. iiij. Unuſq̄ſqꝫ ꝓut accepit grām in alterutꝝ illā admīſtrātes vt boni diſpēſatores multiformes gratie dei. Nono dr̄ grā vita eterna. quia maxie g̃tis daẗ iux̄ illud. Joh. i. De plenitudine ei9 nos oēs accepim9 grām ꝓ grā. glo. i. grām glificatiōis ꝓ grā ſctificatōis. ⁊ Zach. iiij. Exeq̄bit grām grē. Decīo dr̄ g̃ tia q̄dā ꝟtus moralis q̄ a phis dr̄ g̃titudo ſcꝫ de bñfici is receptꝫ. apl's. ij. ad Theſ. ij. In oīb9 grās agite. Unde cimo dr̄ grā beniuolētia alic9 ad alteꝝ. Sic dr̄ in Geñ. xxxix. q̄ ioſeph inuenit grām corā dño ſuo. ⁊ poſtea co rā ꝑncipe carcerꝫ. Ad oīa iſta p̄t adaptari illō. ij. Coꝝ. vj. Hortamur vos ne in vacuū grām dei recipiatis. De noe etiā dr̄. Geñ. vj. q̄ iuenit grām corā dño. i. beniuolētiaꝫ.

De eſſentia gratie. Capl'm. ij.

## Gratia gratuꝫ faciens

Grā g̃tū facientꝫ q̄d ſit.

teſt vti aliq̄ re licite. Sed poſſe ſoliꝰ facti nō dr poſſe iu
ris. Poſſe igitur licite hoc eſt poſſe iuris. Eſt tñ ſciendu3
ꝙ nomē cōe pluribꝫ ſm rem. ſm modū quo communi-
ter accipitur. retinet ſibi nomē ꝓprium contra alia. Si-

Poſſeſſio quid ſit.

Extra de reſti. ſpo. ti. i. c. xiiij. c. xv.

Quid ſit ꝓprietas.

Dñium et ius an ſit idem.

Quid ſit dñium.

Triplex dñium.

Quid ſit ius.

tur preſcientia que eſt cõmunis noticia approbationis
bonorũ et reprobationis maloꝝ.vt patet ad Ro.viij.c.
Quos preſciuit hos ⁊ p̄deſtinauit.retinet tamẽ ſibi no
men ſm̄ cõmunẽ acceptionẽ proprium ⁊ diſtinctum cõ/
tra p̄deſtinationẽ.vn̄ ⁊ mali dicūẗ preſciti.nõ bõi.Sic
ĩ propoſito.poſſe facti licet ſit ↄmune licite ⁊ illicite vtẽ
di.quilibet em̄ de facto vtiẗ ſiue licite ſiue illicite vtatur
tñ ſm̄ cõmunem acceptionẽ dicim⁹ poſſe facti. contra
poſſe iuris.dicẽdo iſte põt de facto .q̄ ſcꝫ poteſt exercere
aliquẽ actũ illicite.Jlle aũt d̄r poſſe de iure. q̄ põt licite
exercere aliquẽ actũ. patet ergo q̧ ius nõ dicit aliud.niſi
poteſtatẽ exercendi licite actuꝫ circa aliquã rem. Et hoc
etiã dicit beat⁹ Auguſti.in li.de mẽdacio ſic inq̄ens.Fa
ciat homo p̄ temporali ſalute hominũ qd̄ poteſt. Cum
aũt ad h̄ ventũ fuerit.vt tali ſaluti niſi peccando conſu
lere nõ poſſit.iam ſe exiſtimet nõ habere qd̄ faciat.xxij.
q.ij.Faciat.Unde et iuriſte dicunt .Jllud poſſum⁹. qd̄
de iure poſſumus.

## Declaratis dictis .§.VII.

De diuſiſ mōis hn̄ꝫ di ius in aliq̄ re

terminis.eſt modo videndũ d̄ diuerſis modis habendi
ius in aliqua re. Et põt attendi hec diũerſitas ex parte
triũ.ſcꝫ ex parte rei habite.ex parte habentis.⁊ ex parte
modi habendi. Ex parte rei q̄dem habite.q2 aliq̄n̄ quis
habet ius in aliqua re q̄ꝫtum ad ꝓprietatẽ.⁊ nõ q̄ꝫtuꝫ ad
vſum.ſicut ſi locaui tibi domũ ad annũ.habeo q̄dẽ ius
in domo in ꝓprietate.ſed nõ in vſu per illũ annũ. quan/
doqꜫ quis habet ius in vſu ⁊ nõ in ꝓprietate.ſic tu qui
conduxiſti illã domũ habes ius in vſu et nõ in ꝓprieta/
te.⁊ q̄a eiuſdẽ rei poſſunt eſſe diuerſi vſus ⁊ diuſi modi
alienãdi.ↄtingit in aliqua re haberi ius q̄ꝫtum ad vnũ
vſum ⁊ nõ q̄ꝫtum ad aliũ.ſicut placet domino rei conce
dere. Und̄ concediẗ aliquãdo alicui q̧ poſſit inhabita/
re ſolum domũ.aliquãdo q̧ poſſit inhabitare ⁊ locare.
q̄n̄qꜫ q̄s habet ius vtroqꜫ modo.ſcꝫ in ꝓprietate ⁊ in vſu
Jlle aũt d̄r ſimpliciter h̄re iuſ in aliq̄ re.qui p̄t licite vti
illa re q̄ꝫtum ad omnẽ vſum qui natus eſt eſſe circa illã
rem. Secundo ↄtingit diuerſitas ex parte habentium
rem.q2 quandoqꜫ habens ius in aliqua re eſt ꝑſona ſin
gularis.⁊ tunc d̄r habere ius in ꝓprio.quãdoqꜫ vero eſt
cõmunitas.ſicut monaſteriũ habet ius in rebus mona
ſterij nõ aliqua ꝑſona ſingularis.niſi q̄ꝫtum eſt pars cõ
munitatis. Et q̄a duplex eſt cõmunitas.quedã ordina
ta per ſe.quedã ordinata per accidens . Per accidẽs eſt
vt cõmunitas mercatoꝝ mutuo cõuenientiũ ad mercã
dum ſimul ⁊ habentiũ lucrũ ⁊ damnũ in cõmuni. Per
ſe aũt cõmunitas eſt.vt cõmunitas eccleſie vel religiõiſ
que habet bona in cõmuni. Adhuc contingit diũſitas
ex parte iſtoꝝ. Nam quãdo eſt cõmunitas per accidẽs
ordinata tũc cõmunitas habet ius ꝑ accidens in talibꝫ
bonis.ꝑſone aũt cõmunitatis per ſe.ſed quãdo eſt com
munitas ordinata per ſe.tũc ip̄a cõmunitas habet ius
per ſe in bonis.ſicut eccleſia vel monaſteriũ. Sed per/
ſone illius cõmunitatis habẽt ius per accidẽs.inq̄ꝫtum
ſunt ꝑtes cõmunitatis.⁊ id̄o nõ poſſunt agere ad diui
ſionẽ. Tertio modo ↄtingit diuerſitas ex parte mõi ha
bendi. Nam quãdoqꜫ q̄s habet ius in re nomine ꝓprio
⁊ per ſe.ſicut domin⁹ rei.quãdoqꜫ neqꜫ nomĩe ꝓprio ne
qꜫ per ſe.ſed nomine alterius ⁊ ꝑ altero.ſm̄ q̧ eſt ordĩa
tum a principali domino .ſicut diſpenſatio ⁊ admĩſtra
tio alicui⁹ rei conceſſe ſunt a dñ̄o ad hoc vt diſtribuat
ip̄am rem vł diſpenſet.⁊ talis nõ d̄r ſimpliciter habẽ iuſ
in illa re. ſed p̄t dici h̄re ius diſpẽſandi vł admĩſtrãdi
talẽ rem. Alio modo diciẗ quis habere ius.nõ nomine
ſuo.ſed tantũ pro ſe. Sicut cũ aliquis concederet alicui
domũ ſuã inhabitandũ q̄ꝫdiu ei placuerit.talis haberꝫ
ius inhabitatõne domus p̄ro ſe.nõ tamẽ nomine p̄ro/
prio.ſed noĩe dñi principalis.quia ius remanet penes
principalẽ dominũ principaliter. Et ſic patet q̧ domi/
niũ rerũ viuentiũ in cõmunitate per ſe ordinate reſidet
apud cõmunitatẽ ip̄am principaliter apud prelatuꝫ.ſic
apud adminiſtratorẽ ⁊ diſpenſatorẽ.apud quẽlibꝫ mo
nachũ ſic ap̄d eũ cui d̄beẗ ſuſtẽtatio vite de dictiſ bõis.

## Quantũ ad tertiũ .§.VIII.

principale huius tertij articuli eſt aduertendum q̧
cum res ſint ſub duplici differentia. quia quedam ſũt
que nõ vſu conſumunẗ.ſicut domus.equuſ.⁊ huiuſmo
di. Alie que vſu conſumunẗ.vt panis vinum ⁊ hm̄oi.
hic nõ queritur de his que vſu cõſumunẗ.quia d̄ his
in ſequenti articulo ageẗ. Sed de his tantum que vſu
nõ conſumunẗ. Et querimus de vſu licito. Cum ergo q̄
ritur. vtrum vſus talium poſſit ſeparari a iure. Reſpõ
detur q̧ hec queſtio poteſt habere duplicẽ intellectum.
Uno modo vt intelligaẗ vtrũ poſſit ſeparari a iure vtẽ
di. Alio modo vt intelligaẗ vtrum poſſit ſeparari a iu/
re in re. Et hoc etiã poteſt intelligi dupliciter.quia aut a
iure in re ſimpliciter.aut a iure in re ſm̄ quid ſaltẽ. Et
tunc reſpondẽdo ad queſtionẽ.ponunẗ directe tres con/
cluſiones.⁊ probanẗ efficaciter. Prima eſt q̧ vſus licit⁹
non põt ſeparari a iure vtendi. Et hoc probaẗ autorita
te et ratione. Autoritate quidem nõ ſolum huius que/
ſtionis Johis.xxij. Quia quorũdam. Sed etiam beati
Auguſtini. Dicit em̄ ad Macedoniũ. ⁊ habeẗ.xiiij.q.
iiij. Quid dicam hoc certe alienũ nõ eſt.quod iure poſ
ſideẗ. Hoc autem iure quod iuſte.⁊ hoc iuſte quod bene
De primo ergo ad vltimũ.quod bene poſſideẗ.iure poſ
ſidetur. Et Jſidorus dicit diſtin.j. Jus generale .quod
ius dicitur eo q̧ iuſtum. Unde omnis actus iuſtus eſt
iuris.quia ius dictum eſt eo q̧ iuſtum. Uſus autẽ eſt
quidam actus.etſi licitus eſt vſus eſt actus iuſt⁹. Dis
ergo vſus licitus eſt cum iure vtendi. Jſtam rationem
tangit Johes in conſtitutõe.Cum inter nõnullos . Di/
cens ſic. Dicere q̧ xp̄us et apoſtoli in rebus quib⁹ vſi
fuerunt.non habuerunt niſi ſimplicem vſum facti.con
uincit actus eorum fuiſſe nõ iuſtos.et per ↄñs iniuſtos
quia negatio in ſubiecto apto nato.infert priuationem
ſicut nõ viſio in oculo infert cecitatem. Probatur idem
et ratione per locũ a diffinitõe ſic. Jmpoſſibile eſt vſuꝫ
eſſe licitum ſine facultate licite vtendi.ſicut impoſſibi/
le eſt loqui grammatice ſine facultate loquendi grãma/
tice. Sed facultas licite vtendi non poteſt eſſe iure vtẽ/
di.quod probaẗ ex eo q̧ dictum eſt ſupra.ſcꝫ q̧ ius ẽ fa
cultas ſeu poteſtas licite exercendi aliquem actum. Si
impoſſibile eſt et contradictionẽ implicat diffinitionẽ
eſſe ſine diffinito.ergo impoſſibile eſt vſum licitum ſi/
ne iure vtendi eſſe.ponit plures alias ratiões cauſa bre
uitatis omiſſas. Secunda concluſio q̧ vſus licitus po/
teſt ſeparari a iure in re ſimpliciter. Et hec cõcluſio bre
uiter ſic probatur. Jlle qui poteſt habere licitum vſum
alicuius rei.dominio remanente penes alium.habꝫ vſũ
licitum ſine iure in re ſimpliciter . Et hoc pꜫꝫ.quia ex q̄
dominiuꝫ remanet penes alium ille non eſt ſimpliciter
dominus rei.ſed ille penes quem remanet dominium.
Sed aliquis poteſt habere licitum vſum multaꝝ rerũ
dominio remanente penes alium . Sicut patet de illo
qui conduxit domum ad habitandum .vel equum ad
equitanduꝫ.⁊ huiuſmodi. Certum eſt enim.q̧ ↄductor
talis habet licitum vſum domus vel equi. quia et do/
minus ei conceſſit et tamen dominium domus vł equi
vel predij remanet penes locatorem.ergo vſus licit⁹ p̄t
ſepari a iure in re ſimpl̄r.ĩ rebꝫ q̄ vſu nõ ↄſumũẗ. Ter/
tia ↄcluſio ẽ q̧ vſus licit⁹ nõ p̄t ſepari a iure ĩ re ſm̄ q̄d
Et hoc probaẗ faciliter ſic. Dñs ius in actu aliquo al/

cuiꝰ rei habet ius in illa re ſm quid. Et hoc patet. q̄a ex quo ille actus licite exercet̄ circa illā rem. habet ius in illa re. ſaltem q̄ꝫtum ad illum actū. Hoc aūt eſt habē ius nō ſimpliciter ī re. ſed ſm quid. Sicut em̄ ſi habeo ius in equo ſimplicit̄. vt q꞉ eſt meus. habeo ius in equitatione equi ſimpliciter. ſic de neceſſitate ſi habeo ius in eq̄ ſm quid. vt q̄a mihi eſt cōmodatus vel locatus. habeo ius in equitatione equi que eſt vſus eius ſm quid. Neceſſario igit̄ talis habet ius ſm q̄d in re cuius eſt vſus.

## Quantū ad quartū .§. IX.

[margin: …ffres …nores …t habē …nudū vſū …rebꝫ ⁊c. quō ⁊ q̄ modo nō]

principale huius articuli. ſ. quō fratres minores poſſūt habere nudū vſum facti intelligēdo iſtū articulū circa res. q̄ nō ꝯſumūt̄ vſu. ponunt̄ quatuor cōcluſiōes. Prima eſt ꝙ nō poſſunt habere in talibus rebꝫ facti vſum nudū licitū. per om̄is iuris nudatōnē. que ſic ꝓbat̄. Impoſſibile eſt habere vſum licitū ſine iure vtendi. ſiue iure in re ſimpliciter. ſiue iure in re ſm q̄d. q̄ꝺ ꝑꝫ ex p̄cedē tibus in prima ⁊ tertia cōcluſione. Ergo impoſſibile ē ꝙ fratres minores habeant in talibꝫ rebꝫ vſum licitū ſi ſit nudatꝰ omni iure. Et idō dn̄s Johes deducit in ſua cōſtitutōne talem vſum ſic om̄i iure denudatū fratribꝫ nicola. pa. nūq̄ꝫ reſeruaſſe. q꞉ ille vſus q̄ perfectioni nō adijcit. imo repugnat eſt illicitus. ergo talē vſum nūq̄ꝫ fratribꝫ reſeruauit. Sc̄da concluſio eſt q꞉ ī talibꝫ rebꝫ poſſunt habere nudū vſum ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Et hoc faciliter probat̄ in rebꝫ in quibus poteſt aliq̄s hr̄e vſuꝫ ſalua rei ſubſtātia dominio remanente penes alium poteſt homo habere nudū vſum ꝑ proprietatiſ excluſioneꝫ ſeu abſq̄ꝫ dominio ī ꝓprietate. Et ſi habeat talē vſum. ex conceſſiōe dn̄i. talis vſus erit licitus. Sed fratres minores poſſūt habere vſum in rebꝫ q̄ vſu nō ꝯſumunt̄. ſic̄ in domibꝫ. libris. ⁊ hmōi. ſalua reꝝ ſubſtātia. dn̄io illiꝰ rei penes papā vel aliū remanente ex ꝯceſſione dn̄i. ergo in talibus rebꝫ poſſunt habere nudū vſum licitū. Nudum dico ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Q, aūt de facto habeant dictū vſum nudū. patet. q̄a licet dn̄s Jo. a ſe ⁊ rōana eccleſia abdicet ꝓprietatē ⁊ dn̄ium multaꝝ reꝝ q̄ poſſunt fratribꝫ obuenire. vel elemoſynaꝝ quotidianaꝝ. tamen adhuc retinet ſibi dn̄ium eccleſiaꝝ. oratorioꝝ. vaſorū. libroꝝ. veſtimentoꝝ. ſacris vſibus deputatoꝝ vl̄ d̄putandoꝝ. vt patet in ꝯſtitutione ad ꝯditorē. Et in talibus dimittit fratribꝫ vſum ⁊ nō eſt dubiū. ꝙ nō illicitū ſed licitū. Tertia cōcluſio ē ꝙ nō poſſunt in talibus rebus que vſu nō ꝯſumunt̄ habere nudū vſum ꝑ om̄is vtilitatis priuationē. q̄ꝺ ſic probat̄. Vſus domus ē inhabitatio eius. ſed inhabitatōne domꝰ fratres indigēt niſi ſemꝑ ſtarent ſub diuo. Saltē non eſt dubiū ꝙ inhabitatio domus eſt vtilis et accōmoda hmōi. Ergo fratres nō poſſunt habere vſum domorū ⁊ huiuſmodi q̄ ſit omni vtilitate denudatꝰ. Quarta ꝯcluſio eſt. ꝙ poſſunt habere nudū vſum taliū rerum per actionis in iudicio abdicationē. q̄ꝺ ſic ꝓbat̄. Cū aliq̄s parit aliquā rē nō neceſſario n̄ eſt repugnātia habere vnū ſine alio. Sꝫ ius ⁊ ſi pariat actionem. non tamen neceſſario ſed. volūtarie. Ergo fratres poſſunt habere ius in aliqua re detenta per aliū abſq̄ꝫ hoc ꝙ poſſunt ſibi eam vendicare in iudicio. Secūdo probat̄ idem. q꞉ fratres poſſūt licite habere quod adijcit perfectioni vel ſaltē nō eſt illicitum. Sed ſua nō repetere in iudicio adijcit ad perfectionem. vt oſtendit̄. j. Corin. vi. vel ſaltem non eſt illicitum. Ergo fratres poſſunt habere vſum in talibus rebus per actionis in iudicio abdicationē. Et ſic ꝑꝫ quomodo fratres minores poſſunt habere ī rebus que vſu non conſumuntur nudum vſum ⁊ quomodo non.

## Quartus articulus .§. X.

d̄clarandus eſt. Vtꝝ in rebus vſu conſumptibilibꝫ poſſit ſeparari licitus vſus a proprietate ſeu dominio rei. et querimus de his que vſu conſumunt̄ ſtatim. vt panis ⁊ vinū et huiuſmodi. Probat̄ primo auctoritate ipius Johis. xxij. in conſtitutione. Ad conditorē. Vbi etiā ⁊ rationē huius aſſignat. Dicit em̄ ſic. ꝙ non ſint dicti fratres minores nudi vſurarij in rebus que vſu conſumunt̄. euidentius declaratur. in quibus dicere ꝙ vſus iuris vel facti a dominio ſeparatus poſſit cōſtitui. iuri repugnat et ratoni. nec predeceſſoris noſtri intentio. ſcꝫ Nicolai pape romane eccleſie taliū rerum dominiū reſeruare. Quis em̄ ſane mentis credere poterit. ꝙ intentio fuerit tanti patris. vt vnius oui ſeu caſei ſeu panis vel fruſti panis que ſepe fratribꝫ cōferuntur. dominiuꝫ romane eccleſie acquirat̄. Aut ſi eius fuit intentio q̄s oſtendere poterit ꝙ non realis fuerit talis intentio dominij ſed verbalis quoq̄ꝫ non vera. ſed ficta potius ſit cēſenda. Adhuc poſito ꝙ in talibꝫ rebus vſus poſſet cōſtitui nudus tamē nullatenus poſſet dici cum vſꝰ rei conſumptibilis vſurarij nō differat ab vſu plenū dominiū continentis. q̄ꝺ patet. quia vſus huius rei totaliter rem conſumit. Conſtat autem vſum plenū dominium habentis minime fore nudū. Ex quo ſequit̄ ꝙ coꝝ vſꝰ nudus minime ſit. Dominiū autē ſancte romane eccleſie reſeruatū ex eo poteſt videri nuduꝫ verbale ⁊ mathematicū. ꝙ ex illo nlluꝫ hactenꝰ obuenerit ꝯmodū. nec ſperat̄ ꝙ obuenire debeat in futurū. nec intentio reſeruantis fuerit nec fratrum ipſorū. ꝙ in cuiuſq̄ꝫ alteriꝰ q̄ꝫ ipſorum fratrū comodum vſum deuenıant res predicte. Cōſtat autem ꝙ tale dominiū nec habentē ditiorem facit. nec pauperiorē efficit nō habentē. Ex quibus liquet ꝙ impudenter propter retentionē predictā pre alijs mendicantibus ſibi vendicant altiſſimam paupertatē. Hec ibi. Sed preter predicta adducunt̄ ad idem ⁊ alie rationes quarū prima eſt. In rebus cuius vſus nō eſt ſine proprietatis conſumptione. impoſibile eſt eſſe ius ī vſu ſine iure in proprietate. Hoc patet. q꞉ ex quo conſumit̄ proprietas vſus nō erit licitus. niſi poſſum licite conſumere proprietatē. Sed nō poſſum licite conſumere proprietatē ſiñ poteſtate licita ſeu iure in ꝓprietate. g̃ ⁊c̄. Sꝫ in rebus vſu conſumptibilibus non eſt vſus ſine conſumptōne proprietatis. ergo in talibus rebus non poteſt vſus a proprietate ſeu dominio ſeparari. Secunda ratio eſt Jlle qui poteſt licite alienare ſimpliciter aliq̄m rem pro ſua propria vtilitate ſcient̄ habet ius in re ſimpliciter. Et dictum eſt notanter propria vtilitate. q꞉ bene poſſet aliquis ex cōmiſſione alterius alienare rem licite pro vtilitate committentis abſq̄ꝫ hoc ꝙ ſic alienās haberet ius in re ſimpliciter. ſicut ſi committerem tibi ꝙ venderes rem meam. Sed ꝙ aliquis poſſit licite ꝓ vtilitate propria rem alienare ⁊ diſtrahere abſq̄ꝫ hoc ꝙ habeat ius in re videtur impoſſibile. Sed vtēs re que ſtatim vtendo conſumitur. ſicut panis ⁊ vinuꝫ. alienat rē a propria natura et forma. et propria vtilitate. quia propter proprium nutrimentum. ergo talis ſi licite vtitur. habet ius in re illa ſimpliciter. Tertia ratio ad idem. Jlle qui licite poteſt habere omnem vſum qui natus eſt haberi circa rem. habet ius ſimpliciter in re. vt patet ex declaratis in precedēti articulo. Sed vtens re que per vſum ſtatim conſumitur habet circa illā rem omnem vſum qui natus eſt haberi circa rem. immo nullꝰ q̄ꝫ poteſt haberi aliquis alius vſus circa rem illam. q̄a res alterius non manet. ergo talis habet ius in re ſimpliciter. Quarta ratio. Ille qui pro ſe licite poteſt rem diſtrahere ī aliū n̄ ſolū q̄ꝫtum ad vſum. ſed etiam q̄ꝫtuꝫ ad proprietatem habꝫ neceſſario ius in re ⁊ in vſu rei. Hoc patet. quia nemo pōt transferre ꝓ ſe et noīe ſuo in aliuꝫ

qđ ipſe nō habet. Sed q̄ vtēdo ꝯſumit rē nō min⁹ trāſfert rē ⁊ alienat a q̄cunq̄ cui⁹ ante fuerat q̄ꝫ qui per venditionē ⁊ donationē transfert in aliū imo magis. q2 vendendo vel donādo adhuc manet res in ꝓpria forma. p⁹ talem aūt ꝯſumptionē nō manet. ergo ſi talis licite vtiť per ſe. neceſſario habet ius in re. nō ſolū in vſum ipius rei. plures alie rōnes ponunť ob breuitatē omiſſe. Secunda ꝯcluſio p̄ncipalis hui⁹ quarti articuli eſt. ꝙ fratres minores in hmōi reb⁹ vſu ꝯſumptibilib⁹. nō poſſunt habere nudū vſum licitū per ꝓprietatis excluſionē. Et h̄ ꝓbatur faciliter ſic. In reb⁹ in q̄bus nō pōt ſeparari vſus licitus a dn̄io in re. nō poteſt haberi nudus vſus ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Sed vt ptꝫ ex p̄cedenti cōcluſione in reb⁹ vſu ꝯſumptibilib⁹ nō pōt licitus vſus ſeparari a dn̄io ſeu ꝓprietate in re. ergo in talib⁹ reb⁹ nō poſſunt fratres minores nec alij quicunq̄ habere nudū vſum ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Et ſic patet differētia inť res que ſtatim vſu ꝯſumunť. ⁊ eas q̄ ſtatim nō ꝯſumūtur vſu. q2 in reb⁹ que non ſtatim vſu ꝯſumunť. vt domus. veſtimentū. liber. ⁊ hmōi poteſt eſſe nudus vſus ꝑ ꝓprietatis excluſionē. ſed nō ꝑ oīs iuris denudationē. vt dictū eſt in p̄cedenti articulo. Sed in reb⁹ q̄ vſu ſtatim ꝯſumunť. nō pōt eſſe licite nudus vſus nec ꝑ omīs iuris denudationē. nec ꝑ ꝓprietatis excluſionē. Q3 ſi arguať in ꝯtrium ſic. Monachus nō eſt capax ꝓprietatis in aliquo caſu. vt ptꝫ extra de ſtatu mona. Cū ad mōaſteriū. Sed monach⁹ neceſſario vtiť reb⁹ vſu ꝯſumptibilibus. vt qn̄ comedit ⁊ bibit. g̃ in talib⁹ rebus pōt licitus vſus ſepari a dn̄io ſeu ꝓprietate. Rn̄deť ꝙ monachus nō eſt capax ꝓprietatis. ſic ꝙ poſſit de re diſponere ꝓ libito volūtatis. imo tādiu pōt diſpēſator vel monaſterium rem ad vſum ꝯceſſam monacho reuocarē donec vſus ſit inchoatus. Et ideo nō d̄r ſimpliciter dominus vel habere ꝓprietatē. Sed in ipō vſu. q2 nō pōt eſſe ſine ꝯſumptione ꝓprietatis. ideo q̄ꝫtum ꝯcediť mōacho de vſu in tali re. tantū ſibi ꝯceditur de proprietate. nec abdicatio talis proprietatis eſt annexa ſtatui monachali. de q̄ d̄r in illa decretali. cū ad mōaſteriū. ď ſta. mona.

## Ex his patet error. §. XI.

decimi capli libelli hereticalr quē ediderūt fraticelli pro ſue hereſis defenſiōe. Dicūt em̄ ꝙ in reb⁹ vſu ꝯſūptibilib⁹ pōt ſepari vſus rei a proprietate ⁊ dn̄io. Inducūt aliquas auctoritates q̄ nō ꝓbant. Et q2 Jo. xxij. in ꝯſtitutōne ſua. Quia ita declarauit ꝯtriū. ⁊ determinauit. ſ. ꝙ in hmōi vſus rei vel vſufruct⁹ nō pōt ſeparari a dominio ⁊ ꝓprietate ipius rei. vt in pane ⁊ vino ⁊ hmōi. et pecunia q̄ vtendo diſtrahiť ab vno in aliū. vn̄ cui cōcediť vnū ⁊ reliquū. Et iō xp̄s cū aplis in hmōi habēdo vſum habuit ⁊ dn̄ium ⁊ ꝓprietatē coꝝ. in cōi tn̄ cū apoſtolis. Et q2 hoc determinauit. dicunt eū hereticū. q2 cōtra ſcripturā. cū tn̄ ſcriptura nil dicat ꝙ habuerit vſuꝫ tantū ⁊ nō dn̄ium. Et cū talis vſus in hmōi ſine dn̄io ⁊ iure ſit illicit⁹. q2 eſſet vſus p̄donū. ideo bene declarauit ⁊ neceſſario ſequentē cōcluſionē. ꝙ habuit talia quo ad vſum ⁊ dn̄ium. Sed ipi mali ītelligūt terminos iſtos declaratos. ſ. vſum ius. ⁊ dn̄ium. ⁊ ꝓprietatē ⁊ huiuſmodi. Preťea ad papā ꝑtinet declarare dubia ſcripture. qn̄ occurrūt. ⁊ declaratōni ei⁹ eſt ſtādū magl' q̄ꝫ cuicūq̄ doctori. vt patet di. xx. per totum. Et ideo ipi ſunt heretici nō ſtantes tali determinationi iam facte.

## Quintus articulus. §. XII.

declarand⁹ eſt. Utrū pauptas facit eſſentialr ad perfectionē. ⁊ omittendo argumēta ſequendo intentionē pape Jo. xxij. in dicta ꝯſtitutōe. ⁊ doctrinā. b. tho. q̄ poniť p̄mo quaſdā diſtinctōes faciētes ad declaratōem queſtionis. Deinde ponit quaſdā ꝯcluſiones cū ſuis probationib⁹ dilucidātes materiā. Pria diſtinctio ē de paupꝫtate vicꝫ. ꝙ accipiť dupl'r. Uno mō ſm animi p̄parationē. Alio mō ſm exteriorē effectū. Paupꝫtas ſm ani p̄parationem d̄r inclinatio mētis ab abdicatōe reꝝ tꝑaliū. inq̄ꝫtum ſunt impeditiua caritatis. in qua caritate conſiſtit principal'r humane vite ꝑfectio. vt infra declarabiť. Jlle d̄r eſſe pauꝑ ſm animi inclinatōem. q̄ ſic ē diſpoſitus. ꝙ pro q̄cunq̄ re tꝑali acq̄renda vel retinenda nullo mō ꝯſentiret in aliq̄đ qđ eſſet ꝯtra caritatem dei ⁊ ꝓximi. Paupꝫtas vero ſm effectū exteriorē īportat carentiā illoꝝ tꝑalium. Et q2 quot modis d̄r vnū oppoſitoꝝ. tot ⁊ reliquū. ideo ſicut res corꝑales poſſūt diuerſis modis haberi vt patuit. s. iij. ar. q2 vel ad vſum tantum vel ad dn̄ium tm̄. vel q̄ ad vtrūq̄ ſimul. iō ⁊ paupꝫtas poteſt dicere vel carētiā tꝑalium q̄ꝫtū ad vtrūq̄. vel q̄ꝫtum ad alterū tm̄. inq̄ꝫtum res tꝑales poſſunt hri vel ꝓprio vel in cōmuni. vel vtroq̄ modo. iō paupꝫtas p̄t dici carētia tꝑalium. vel vtroq̄ mō ſimul. vel altero tantū. Et q̄ꝫto maior carentia tꝑalium. tāto maior paupꝫtas ſm exteriorē effectū. Et accipiēdo vtroq̄ mō pōt queſtio habere locū. Scd̄a diſtinctio eſt. ꝙ aliq̄d facere ad aliud pōt intelligi dupl'r. Uno mō eſſential'r. ſ. ſicut id qđ eſt eſſentia rei. vel pars eſſentie. ſicut diffinitio vel partes diffinitōnis. Alio mō diſpoſitiue ſeu inſtrumētal'r. Et ſicut id qđ diſponit ad hoc ꝙ ſequať aliq̄s effectus. ſeu hoc ſiue ex parte agentis ſiue ex parte paſſi. d̄r facere ſeu operari ad illud inſtrumētal'r. Inſtrumētū aūt ē duplex. vnū ſcꝫ neceſſitatis. ſicut ille. ſine quo nō pōt ſeq̄ effect⁹. ſicut ſemen a generāte deciſum eſt inſtrumētū neceſſarium ad generationē hoīs per naturā vicꝫ. Aliđ eſt inſtrumentū cōmoditatis. q2. ſ. ille ſine illo pōt effectus ſequi. ſed nō ita faciliter ⁊ prompte. Et ſic ſiccitas in ligno eſt diſpoſitio accōmoda ad recipiendū actionē ignis. q2 licet ſine ea poſſet lignū accendi. nō tn̄ ita cōmode ⁊ faciliter. ⁊ ſm h̄ poteſt eſſe queſtio de paupꝫtate. vicꝫ vtrum faciat ad ꝑfectionē inſtrumētal'r vel eſſential'r. Et ſi inſtrumētal'r vtrꝫ opereť vt inſtrumētū neceſſariū. vel vt accōmodū. ⁊ vlterius operādo vt inſtrumētū. ſi h̄ facit ponēdo aliquā diſpoſitionē poſitiuā. ex q̄ ſequať effect⁹. ſicut ad ad ꝑfectū terre naſcentiū diſponit calor ⁊ humor. Uel h̄ agit p̄uatiue. ſ. remouēdo impedimēta ⁊ nociua ad effectus ꝯſecutionē. Et operať diſpoſitiue ad ꝑfectū terre naſcentiū. remouēs vrticas ⁊ ſpinas a terra in qua ē ſeminatū. Et ſic de paupertate queri poteſt. Utrū faciat inſtrumētaliter ad ꝑfectionē diſpoſitiue. ſicut p̄cepta vicꝫ conſilia et ad bonas perſuaſiones ⁊ oīa que poſſunt allicere ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi. Uel p̄uatiue. ſcꝫ remouēdo ea q̄ nata ſūt impedire ꝑfectionē. ſicut ille q̄ abijcit id qđ natū eſt abijcere ad oppoſitū caritatis. ſic male ſocietates ⁊ abundātia exceſſiua diuitiaꝝ ⁊ hmōi.

Tertia diſtinctio eſt ꝙ duplex eſt ꝑfectio. q̄dam ꝑſonalis. ⁊ q̄dam ſtatualis. ⁊ vna iſtaꝝ nō includit aliā neceſſario. Contingit em̄ aliquē eſſe ꝑfectum ꝑfectōne ſtatuali. ſ. eſſe in ſtatu ꝑfectiōis q̄ nō eſt ꝑfectus ꝑfectōne ꝑſonali ⁊ ecōuerſo. Et h̄ ptꝫ. q2 cū ſtat⁹ religionis ⁊ p̄latiōnis p̄cipue ep̄alis ſm omēs ſtatus ſit ꝑfectus. Conſtat manifeſte ꝙ ſunt multi religioſi ⁊ p̄lati etiā ep̄i q̄ nō ſunt ꝑfecti perfectione ꝑſonali. cū ſint mali deficientes a dilectōne dei ⁊ ꝓximi ⁊ ecōuerſo ſūt ⁊ faciūt multi laici q̄ n̄ fuerūt religioſi vel p̄lati. ⁊ tn̄ fuerūt ꝑfecti ꝑfectōe ꝑſonali gratie. ſcꝫ ⁊ v̄tutum. vt abraā. ⁊ ſanct⁹ Ludouicus rex francie. ⁊ alij multi. Perfectio aūt ꝑſonalis cōſiſtit in habitib⁹ v̄tutum ⁊ actib⁹ eaꝝ. Qđ ptꝫ. q2 p̄hus dicit. ij. ethi. q̄ꝫ v̄tus eſt q̄ habentē ꝑficit. ⁊ opus ei⁹ bonum reddit. Et vij. phiſicoꝝ d̄r. ꝙ v̄tus eſt diſpoſitio ꝑfecti ad optimū. Cōſiſtit g̃ ꝑfectio ꝑſonalis in virtutib⁹ ⁊

Duobus modis dicit paupertas

actibꝫ earū. qꝛ virtꝰ eſſential'r ē quedā ꝑfectio. ſil'r ⁊ actꝰ eius q̄dā ꝑfectio actual'. Et qꝛ inter ꝟtutes ē gradus. qꝛ aliq̄ ſūt excellētiores alijs. ⁊ iō ī ill' magꝫ cōſiſtit ꝑfectio. q̄ ſūt magis excellētes virtutes. Et qꝛ ī pr̄ia habitus luminis glīe ē virtꝰ nobiliſſima. ⁊ eiꝰ actus qui ē viſio dei ꝑ eēn̄tiā ē actus optimus ⁊ nobiliſſimꝰ. Et etiā charitas ⁊ eius actus q̄ eſt dilectō. vl' ſꝫm aliq̄s fruitio. iō ſumma hoīs ꝑfectio ē ī iſtis habitibꝫ ⁊ eaꝝ actibꝫ. Et qꝛ in hac vita inter oēs virtutes charitas obtinet p̄ncipatū. ſcd̄m illud. j. Corin. xij. Adhuc excellētiorē viā vob̄ demōſtro. glo. ſ. charitatē maius oībꝫ donis. Et. j. ad Corinth. xiij. Maior hoꝝ ē charitas. iō ſūma hoīs ꝑfectio ī hac vita ꝯſiſtit ī charitate ⁊ eiꝰ actu q̄ ē diligere deū ſuꝑ oīa. ⁊ ꝓximū ſicut ſe. Vn̄ apl's ad Col'. iij. enumeratis ꝟtutibꝫ ait. Suꝑ oīa charitatē habere. q̄ eſt vincl'm ꝑfectōis. et in ipa ē ꝑfectō ꝑſonal'. Omitto aūt de multiplici ꝑfectione q̄ poſſet īduci. vt de ꝑfectōe ſimpl'r cui nil deeſt boni qđ pt̄ cogitari. Et hec ē dei Mat. v. Pr̄ vr̄ celeſtꝭ perfectus ē. ⁊ reſpectu eius perfectōis oīs creatura ē imperfecta. Et ē ꝑfectō pr̄ie q̄ a nob̄ in vita haberi nō poteſt. de q̄. j. Coꝝ. xiij. Cū venerit qđ ꝑfectū ē. i. ſtatꝰ glīe. euacuabitur q̄d ex ꝑte ē. Et ad phil'. ait apl's. iij. Nō ꝙ perfectus iam ſim. ⁊c̄. Perfectio vie de qua. Math. v. Eſtote vos ꝑfecti. Et iſta etiā hꝫ gradus tres ſicut ⁊ charitas. ī qua cōſiſtit. Et ē ꝑfectō natural' de q̄ Deutro. xxxij. Dei oꝑa ſunt ꝑfecta. Perfectō aūt ſtatus ē certus modus viuēdi ꝑ quē q̄s obligat ſe ad quedā ſuꝑerogatōis opera ꝓpter ꝑfectionē ꝑſonalē facilius acquirendā ⁊ meliꝰ conſeruandā. vl' in alios tranſfundendā. Iſte aūt ſtatus ꝑfectōis eſt duplex ſꝫm be. tho. ſe. ſe. Vnꝰ ē ſtatus ꝑfectōis acquirēde. Alius ſtatus ꝑfectōis exercende. Status ꝑfectōis acq̄rēde eſt ſtatus religioſoꝝ. q̄ ex hoc ſe obligant ad quedā ſuꝑerogatōis opera agenda. vt ꝑfectōem ꝑſonalē. vel acquirāt facilius. vl' ꝯſeruēt acq̄ſitā ſecurius et melius. Nō enī oportet ꝙ religioſus ſtatim ſit ꝑfectus ſed ꝙ tēdat ad ꝑfectōem. ⁊ habeat ꝓpoſitū ad h̄ ꝯſequēdum. Sꝫ ſtatus ꝑfectōis exercēde ē ſtatus p̄latoꝝ. ⁊ ad hoc ſe obligāt. vt ꝑfectōem ī alios trāſfundant. ī eos actus hierarchicos exercētes. hn̄t enī ſubditos purgare. ꝑficere ⁊ illūiare. vt ait Dioni. de eccl'iaſtica hierarchia. Mō qđ nr̄a q̄rit de ꝑfectōe ꝑſanali. nō de ꝑfectōe ſtatus. Quarto notādū ꝙ ſcriptura accipit ꝑfectōem dupl'r. Vno mō ſꝫm ꝙ compꝛhendit id ſolū q̄d facit eēn̄tial'r ad ꝑfectōem ⁊ nō id q̄d facit inſtrumētaliter ad ꝑfectōem. vt ibi Gen. vj. Noe fuit vir iuſtus atqꝫ ꝑfectꝰ. ⁊ Gen̄. xv. dixit dn̄s Abrahe. Ambula corā me. ⁊ eſto ꝑfectus. Et beatꝰ Augꝰ. dicit in li. de libe. arbi. ꝙ nullus pt̄ ſaluari niſi ſit ꝑfectꝰ. Et certū eſt ꝙ multi ſunt ſaluati ⁊ ſaluanꝭ abſqꝫ ꝯſeruatōe ꝯſilioꝝ paupꝑtatis ꝯtinētie. ⁊ hmōi. vt Abraā ſctūs. Lodouicus. ⁊ alij. Secūdo mō accipit ꝑfectiōem nō ſolū ſꝫm ꝙ includit eēn̄tial'r ꝑfectōem. ſed etiā qđ facit inſtrumētal'r ad ꝑfectōem. vt ibi Mat. xix. Si vis ꝑfectus eſſe vende oīa q̄ habes. da paupibꝫ. ⁊ ſequere me. qđ dcm̄ fuit a chꝛiſto iuueni. q̄ dixerat ei ſe ſeruaſſe mādata. Vnde patet ꝙ nō ſolū ꝑfectio ibi compꝛehendit p̄cepta in quibꝫ eſſential'r ꝯſiſtit ꝑfectio ſꝫm be. Thom̄ ſe. ſe. q. clxxxiij. arti. iij. Sed etiā compꝛhēdit ꝯſilia q̄ ſūt inſtrumēta ad ꝑfectōem. Queſtio igiꝭ iſta querit vtrū paupꝑtas ꝑtineat ad ꝑfectōem eſſentialē q̄ ꝯſiſtit ī virtutibꝫ ⁊ actibꝫ eaꝝ. vt dcm̄ ē p̄ncipal'r in charitate. Iſte eſt ergo intellectus queſtionis. Quātū nūc ad ſecūdū. ſ. ad queſtionē reſpondendo ponūtur ſex cōcluſiōes. ⁊ pꝛobātur.

Quarū p̄ma ē ꝙ paupꝑtas ſꝫm animi pꝛeparationē pertinet ad perfectionē eſſentialiter. Hoc ſic pꝛobaꝭ. Quod eſt virtus vl' actus virtutis ꝑtinet eſſential'r ad ꝑfectōem. vt qꝛ oſtenſum eſt. perfectio conſiſtit eēn̄tialiter in virtutibus ⁊ actibꝫ earū. Sed paupertas ſꝫm animi pꝛeparationē eſt virtus ſi ſit habitualis vl' actus virtutis. ſi ſit actual' tal' p̄paratio animi. ⁊c̄. Minoꝛ ꝓbaꝭ. ſcꝫ ꝙ talis paupꝑtas ſit virtus. Nā diffinitur virtꝰ a philoſopho. ij. ethico. ꝙ virtus eſt habitus electiuus ī medio ꝯſiſtens determinato a recta rōne. ꝓut ſapiēs determinabit. Sed inclinatio habitualis mentis ad temporaliū abdicatōem ꝓut ſunt impeditiua charitatis ē habitus electiuꝰ. vt de ſe patet. Et eſt ꝯſiſtēs in medio rationis. qꝛ eſt ad abdicatōem tempalium ꝓut ſunt impedimenta vite ſpiritualis que ē per charitatē. Et hoc ꝓut ſapiens determinat. qꝛ quilibet ſapiēs determinaret bona minima abijcienda ꝓpter maxima. ſicut abijciūtur merces in mari. vt cōſeruetꝭ vita hominū que ē p̄ncipalius eis mercibꝫ. Cū ergo tempalia ſint minima bona ⁊ vita ſpūalis ꝑ charitatē ſit maximū bonū. ſequiꝭ ꝙ ſapiens determinaret tpalia abijcienda inq̄ꝫtū ſunt impeditiua vite ſpūalis. cum vita anime ſit magis cōſeruanda q̄ꝫ coꝛꝑis. Ergo tal' inclinatio ad abijciēda tēpoꝛalia ꝓut ſunt impeditiua charitatis eſt virtus. Sed tal' inclinatio ad huiuſmōi eſt paupꝑtas ſꝫm p̄paratōem animi.

Secūda ꝯcluſio eſt ꝙ paupertas ſꝫm effectū exteriorem nō ꝑtinet ad ꝑfectōnem eēn̄tial'r. Hoc pꝛobaꝭ autoritatibꝫ ⁊ ratōne. Autoritate quidē ſic. p̄mo cōſtitutōis ſpius. Io. xxij. ad conditoꝛem vbi dicit ꝙ ꝑ tempaliū abdicatōem ad ꝑfectōnē via diſponiꝭ. Qđ aute ſe habet diſpoſitiue ad aliquē effectū. non ꝑtinet eſſentialiter ad ꝑfectōem illius rei. cū diſpoſitō nō ſit de eēn̄tia rei ad quā diſponit. Secūda autoꝛitas eſt abbatꝭ moyſi ī coll' patrū. quā inducit beatꝰ Tho. ſe. ſe. q. clxxxiij. ar. iij. dicēs. vigilie. ieiunia. meditatō ſcp̄turaꝝ. nuditas. ⁊ p̄uatō oīm facultatum nō ꝑfectio ſed ꝑfectōis inſtrumēta ſūt. Pꝛobatur eadē ꝯcluſio ratōe ſic. Illud ſine q̄ pt̄ hr̄i eēn̄tialiter perfectō nō ꝑtinet eēn̄tialiter ad perfectōem. q̄d patet. qꝛ res non pōt haberi ſine eo qđ ē de eēn̄tia eius. Sed ꝑfectō poteſt haberi ſine tali paupꝑtate. imo ⁊ cum multis diuitijs. vt patet in abꝛahā. Iob. Lodouico rege francoꝛū ⁊ alioꝛū qui fuerūt perfectiſſimi viri. qui tamē nō habuerūt paupꝑtatē iſtā. ſcꝫ. ſecūdū effectū exterioꝛē. Pꝛobaꝭ idē ſic. Perfectō eēn̄tial' cōſiſtit in virtutibus. vt dictū eſt. Sed oīs virtus cōſiſtit ſubiectiue ī intellectu vl' appetitu. Sed paupertas ſcd̄m exterioꝛē effectū in nll'o hoꝝ eſt. qꝛ nec ī intellectu nec ī appetitu. ergo. ⁊c̄. Qꝫ ſi arguaꝭ cōtra qꝛ inueniꝭ ille cui xp̄s dixit. Si vis perfectus eē. ⁊c̄. Math. xix. Obſeruauerat p̄cepta vt ipſe dixit chꝛiſto in q̄bꝫ ꝯſiſtit perfectō eēn̄tialiter. vt dcm̄ eſt. ⁊ tamē chꝛiſtꝰ ei dixit. Si vis ꝑfectus eē vende omnia ⁊ da paupibꝫ loquēs nll'i dubiū de paupꝑtate ſꝫm exterioꝛē effectū. Ex quo videtur ꝙ ꝑ obſeruatōem p̄ceptorū nōdū acquiſiuiſſet perfectōem eēn̄tialē. Sed ſi vellet eā cōſequi oſtēdit modū cōſeq̄ndi eā. ſcꝫ ꝑ paupꝑtatē exterioꝛē. Ergo paupertas ſꝫm exterioꝛē effectū videꝭ neceſſaria ad perfectionē eſſentialē. Ad quod etiā videnꝭ facere autoꝛitates alique ſāctoꝛū. vt Hieronimi ad Demetriadē dicētis. Apoſtolici faſtigij perfecteqꝫ virtutis eſt vendere oīa. ⁊ dare pauperibꝫ. Et beatꝰ Ambꝛoſius. Sūma iuſticia eſt vendere oīa ⁊ dare pauperibꝫ. Sꝫ ſumma iuſticia ē perfecta virtꝰ. Et beatꝰ Auguſtinꝰ cōtra Fauſtū. Illi ſūt perfecti q̄ oīa ſua dimittūt ⁊ ſequūtur chꝛiſtū. Sed ad hec reſpōdeꝭ. Pꝛimo de iuuene illo qꝛ aliq̄ doctoꝛes vt Oꝛigenes ⁊ Chꝛiſoſto. dicūt illū fuiſſe mētiū. Sed dimiſſa iſta reſpōſiōe que nō videꝭ multū ꝯgrua. cū euāgeliſta dicat Math. x. Chꝛiſtū eū intuitū dilexiſſe. q̄d nō videꝭ feciſſe ſi fuiſſet fictus ⁊ trāſgreſſoꝛ pꝛeceptoꝛū. Poteſt aliter reſpōderi. Nā ſuppoſito etiam ꝙ verū dixerit cū ſit duplex perfectō. ſcꝫ eſſētial'. que conſiſtit in virtutibus. vt dictum eſt. et accidentalis que eſt quoddā inſtrumētū accōmodū ad acquirēdā maio-

rem perfectõnē eſſentialē.qꝛ ⁊ ipē habet gradus.⁊ ad cõſeruandã quãcũqꝫ acquiſitã.de accidẽtali locut⁹ ē xp̄s. Si vis pfect⁹ eſſe ⁊c̄.quã adhuc ille nõ habebat. Uł pt ſic dici.ꝙ in illa auctoritate xp̄i aliqd ibi ponit̃ vt via ⁊ inſtr̃m ad pfectionē acqrendã vel ꝯſeruandã illud.ſ.vēde oīa ⁊ da paupibꝫ. Aliqd vt id in quo eſſentialit̃ pfectio ꝯſiſtit.ſ.ſequela xp̄i. Uñ ⁊ Hiero.ſup illō Math.xix.qō ait petrus. Ecce nos reliqmus oīa ⁊ ſecuti ſumus te.dicit. Nõ ſufficit relinquere oīa. ſꝫ adiũgit qō pfectũ eſt.ſ.ſequi xp̄um.⁊ bea. Amb.ſup illud. Seqre me ait. Iubet ſequi nõ corpis greſſu ſꝫ mētis affectu.qō fit p charitatē. Ad autoritatē etiã rñdet̃.qꝛ illud bea. Hiero.intelligendũ eſt ꝙ relinquere oīa ſit pfecte virtutis. id eſt.inſtrumentum perfecte virtutis. que eſt charitas. Ad illud beatus Ambroſius. ꝙ relinquere oīa ſit ſũma iuſticia.eſt ibi p̄dicatio nõ formalis ſꝫ cauſalis. Et ē ſenſus ꝙ a pfecta iuſticia que eſt p charitatē cauſat̃ hoc ſcꝫ relinquere oīa. Ad illud bea. Aug.qꝛ nõ in dimiſſione tpaliũ ſꝫ in ſequela xp̄i quã ibi adiũgit eſt pfectio eſſentialis. Relinquere aũt tpalia eſt vt inſtrumentũ accõmodũ ducens ad ſequelã xp̄i ⁊ pfectionē eſſentialē. Remanet ğ cõcluſio vera ꝙ pauptas exterior nõ facit eſſentialiter ad pfectiõem. Tertia cõcluſio eſt ꝙ paupertas exterior nõ facit ad pfectionē.ſicut inſtr̃m neceſſario reqſitũ ad pfectionē.qꝛ cũ ei⁹ oppoſito poteſt ſtare perfectio. qō pbat̃ ſic. Impoſſibile eſt hr̄e aliqd ſine eo qō ē neceſſariũ ad ip̄m habendũ. Si enī poſſit haberi ſine eo. iã nõ eſt neceſſariũ ad ip̄m habendũ. ſꝫ ſine pauptate ſm exteriorē effectũ põt haberi pfectio eſſentialis.imo cum oppoſito ei⁹.qꝛ cũ multis diuitijs. vt patet exemplũ in abrahã ⁊ alijs multis in veteri ⁊ nouo teſtamēto. Ergo pauptas exterior nõ requirit̃ vt inſtr̃m neceſſariũ ad pfectiõem eſſentialē. Ioſeph etiã ab arimathia fuit diſcipulus xp̄i.vñ ⁊ pfect⁹ pfectione eſſentiali. Et tñ vt dicit̃ Math.xxvij.diues erat. Probat̃ etiã qꝛ ſtatus epoꝝ q̄ exigit pfectionē pſonalē que ꝯſiſtit in v̓tutibꝫ.poteſt eē cũ poſſeſſiõe diuitiaꝝ. Si ğ exproꝑatio tpaliũ reqreret̃ vt inſtrumentũ neceſſariũ ad pfectionē eſſentialē.ſeqret̃ ꝙ ipi etiã ſeculares clerici ꝓus nõ poſſent habere propa. qō eſt abſurdũ.vt pꝫ.xij.q.j.manifeſta.⁊ in multiſ alijs caplīs. Quarta ꝯcluſio eſt. ꝙ pauptas ſm effectum exteriorē cũ abdicatiõe omniũ tpaliũ ⁊ q̄ ad dominium ⁊ q̄ ad vſum.nõ facit ad pfectiõem nobis in via poſſibilem. Et h̄ ꝓbatur faciliter ſic. Illud qō tollit vitã pñtem nõ facit ad pfectiõem nobis in via poſſibilē. Qui enim tollit ſubiectũ.tollit accidēs. Sꝫ abdicare res tempales omēs q̄ ad vſum ⁊ quo ad dominiũ tollit vitã. qꝛ non vtendo cibo ⁊ potu homo morit̃ demũ. Et ſic corrupto ſubiecto pfectionis in via qō eſt aīa in corpe exiſtēs.tollitur ⁊ accidēs ei⁹.ſ.pfectio in aīa in vita pñti. Et iō nõ eſt aliqs qui p qōcũqꝫ votũ poſſit ſe reddere nõ capacē vſus in talibꝫ rebꝫ neceſſarijs ad vitã. Quinta ꝯcluſio eſt ꝙ pauptas ſumpta ꝓ abdicatiõe omniũ tpalium quantũ ad ius ⁊ dñiũ.vſu ſolo nudo retēto nõ facit ad pfectionē. Et hoc ꝓbatur faciliter ſic. Illud qō tollit ab aliqua re cõditionē licitã.⁊ ponit illicitã.nõ facit ad pfectiõem. h̄ de ſe patet.quia ex licito facere illicitũ nõ pertinet ad pfectiõem.ſꝫ magis ad impfectiõem. Sꝫ abdicare a ſe ius ⁊ dominiũ in oīi re ⁊ in eius vſu facit vſum illicitũ. Hoc patet qꝛ oñſum eſt ſupra. in rebꝫ q̄ vſu non ꝯſumunt̃ impoſſibile eſt ſepare vſum licitũ a iure vtēdi. Itē in rebꝫ que vſu cõſumunt̃ impoſſibile eſt eſſe vſum licitũ ſine iure ⁊ dñio in re.ğ cum multaꝝ taliũ reꝝ vſus ſit hoī neceſſari⁹ in vita pñti.ſequit̃ ꝙ abdicare oē dñium ⁊ ius in rebꝫ tpalibꝫ nõ facit ad pfectiõem. ſed magiſ ad oppoſitũ. Sexta cõcluſio eſt ꝙ abdicare res tēporales in ꝓprio ſeu pauptas ſm exteriorē effectũ facit ad pfectiõem ſicut inſtr̃m valde accõmodũ. Ad cui⁹ euidentiã eſt ſciendũ.ꝙ abundãtia diuitiaꝝ maxime in ꝓprio nata eſt reducere ad tria.ſ.inordinatũ amorē earũ. Unde beat⁹ Aug⁹.dicit ꝙ terrena ardenti⁹ amant̃ adepta cõcupita. Secũdo ingerũt ſolicitudinē in ꝯſeruando ⁊ nõ pdendo. Tertio nate ſunt mouere ad ſupbiam. quãto aũt qs magis afficit̃ vł ſolicitat̃ ad terrena.vł erigitur in ſupbiã.tãto magis retrahit̃ ab affectu ⁊ ꝯtemplatiõe diuinoꝝ. Sꝫ tollere amorē inordinatũ reꝝ ſolicitudinē ⁊ elationē facit inſtrumentũ accõmodũ valde.qꝛ remouet ꝓhibēs pfectionē vel impediēs ꝓfectũ pfectõis ſicut remotio herbaꝝ nociuarũ facit ſicut inſtrumentũ accõmodũ ad ꝓfectũ creſcentiũ.ğ ⁊c̄. Iſta diffuſe declarat beat⁹ Tho.ij.ij.q.clxxxvj.ar.iij. Et habes etiã ſupra in.ij.c.h⁹ tituli. Et in.iij.pte titu.de religioſis. Et iō alia omitto.



## Sextus articulus ē.§.XIII

vtrũ habere aliqua in cõi diminuat de pfectiõe. Et qꝛ pfectio eſt ſub triplici genere.qꝛ eſt pfectio pſonalis.perfectio regalis.⁊ pfectio p̄ſidentialis. Iō ad pleniorē declaratiõem cõcluſiue dicit̃.ꝙ de nulla haꝝ pfectionũ diminuit.nec de pſonali nec de pfectione religioſoꝝ.nec de pfectione p̄latoꝝ. Et iſta oīa ꝓbant̃. Sciendũ tamē ꝓꝑus ꝙ iſta queſtio nõ habet locũ in rebꝫ vſu ꝯſumptibilibus.qꝛ in illis rebꝫ vt oñſum eſt ſupra.eſt impoſſibile ſeparare vſum a iure ⁊ ꝓprietate rei. Nec habet locũ de iure in rebꝫ que vſu nõ ꝯſumunt̃.qꝛ habere ius in rebus quaꝝ vſus ē ꝓ ſtatu vite pñtis neceſſari⁹.⁊ ſine q̄ vſus nõ poteſt eſſe licit⁹ nõ diminuit de pfectione poſſibili i vita pñti. Reꝝ enī vſus eſt vite pñti hoīm neceſſarius ita ꝙ ſine eis nõ poteſt vita ſaluari.ğ habere ius in talibus nõ diminuit de pfectione. De ꝓma ergo pfectiõe.ſcꝫ pſonali loquēdo notãde ſunt tres ꝯcluſiones. Quaꝝ ꝓma eſt ꝙ habere aliqua in ꝓprio vel cõmuni nõ neceſſario impedit pfectionē pſonalē. Et hec ꝯcluſio faciliter ꝓbatur ſic. Illud cũ quo ſtat ⁊ ſtare poteſt pfectio pſonał nõ neceſſario impedit pſonalē pfectiõem. Et hoc patet qꝛ oppoſitũ eius implicat ꝯtradictiõem. Sꝫ pfectio pſonalis ſtat ⁊ ſtare poteſt cũ diuitijs in ꝓprio ⁊ in cõmuni. vt ſupra oñſum eſt de abraã ⁊ ludouico rege ⁊ alijs.ğ ⁊c̄. Secũda ꝯcluſio eſt iſta.habere in cõmuni neceſſaria ad vitã nõ eſt natũ diminuere de pfectione pſonali. Et hec ꝓbatur ſic. Qō nõ eſt natũ diminuere de altiſſima paupertate.imo ſtat cũ ea nõ eſt natũ diminuere de pfectiõe pſonali. Et hoc ſtatim patet.qꝛ nõ ex alio habere tēporalia dicit̃ diminuere de pfectione.niſi quia diminuit d̓ pauptate. Sed habere in cõmuni neceſſaria non diminuit de altiſſima pauptate.ſed ſtat cũ ea.ꝑut expſſe Io. in iſta ſua ꝯſtitutiõe allegãs grego.ix.in decretali nimiſ praua.ex̃ de exceſ.p̄la.vbi dic̄. Fratres minores ⁊ p̄dicatores in altiſſima pauptate dño famulari. Sꝫ ꝯſtat fratres p̄dicatores habere aliqua in cõmuni quo ad ꝓprietatem ⁊ dñium. Ergo hr̄e aliqua in cõmuni nõ eſt natum diminuere de pfectiõe pſonali. Secũda rō idē. Qō nõ eſt natũ diminuere de pfectiõe euãgelica.nõ eſt natũ diminuere de pfectione. h̄ patet.quia euãgelica pfectio eſt pfectio excellētiſſima. Sed habere aliqua in cõmuni nõ diminuit de pfectiõe euãgelica.qō patet ex iſta ꝯſtitutione Io.in qua allegat alexandrũ.iiij.q̄ in cõdemnatione libelli editi ꝯtra ſtatũ p̄dicatorum ⁊ minoꝝ.dicit fratres p̄dicatores ⁊ minores xp̄m pauperē imitari ⁊ pfectiõem euangelicã amplexari. Sed cõſtat fratres predicatores habere aliqua in cõmuni mobilia ſm coꝝ regulã ⁊ cõſtitutiones.ergo ⁊c̄. Poſſet etiã probari per hoc.quia habere aliqua in cõmuni nõ eſt natũ induci nimiũ amorē ad tpalia.vel nimiã ſolicitudinē vel elationē.qō totũ p

Perfectio ſub triplici genere

ratiões efficaces ꝓbat ſed cauſa breuitatꝭ omitto. Tertia
ↄcluſio eſt ꝙ habere aliqua temꝑalia in ꝓprio eſt natum
aliqualr̄ impedire de ꝑfectõne ꝑſonali. licꝫ nõ ſemꝑ actu
impediat. ⁊ hoc ſic ꝓbatur. Nõ natũ ē ingerere ſollicitu
dinē ⁊ amorē recuruũ ad tēporalia ⁊ ad elatõem induce
re natũ ē diminuere de perfectõne. Sed habere tēꝑalia
in ꝓprio natũ eſt inducere ad hmõi amorem ſuꝑfluum ⁊
ſollicitudinē ⁊ ſuꝑbiā. vt oſtēſũ ē s. i fi. p̄cedētꝭ arti. ğ. ⁊c̄.

## Quantũ ad ſecũ- §. XIIII.

dā ꝑfectõem nũc ē videndũ. ſ. ꝙ habere aliq̄ i cõi nõ di-
minuit de ꝑfectõe ſtatus religioſoꝝ. vbi p̄mittēdũ p̄us
ꝙ cũ pauꝑtas vt oſtenſũ eſt ſolũ inſtrumētalr̄ nõ cētri-
aliter faciat ad ꝑfectõem. ⁊ oĩs ſtatus religioſus dicatur
perfectus. q2 ordinat ad ꝑfectõem acquirendā ⁊ ↄſeruā
dā. nõ ex hoc debet dici aliq̄s ꝑfectior altero. q2 hꝫ maio
rē pauꝑtatē q̄ꝫ alius. ſed dꝫ dici habere inſtr̄m magꝭ ac-
cõmodũ ad ꝑfectõem. Et ideo ſicut fatue ſibi vſurparet
excellētiā ſuꝑ alios artifices. artifex aliq̄s ex h̄ ꝙ hret me
lius inſtrumētũ. puta martellũ ad oꝑandũ. ita inaniter
gloriaret̄ de maiori ꝑfectõe religioſus ſuꝑ alios. ex hoc ꝙ
haberet maiorē pauꝑtatē. Sꝫ poſſet dicere ſe habere ma
gis accõmodũ inſtrumētũ ad ꝑfectõem. Perfectior aũt
ille eſt ſimplr̄ qui hꝫ maiorē charitatē nõ q̄ hꝫ maiorem
pauꝑtatē. Sicut ille ꝑfectior faber q̄ fac̄ meliorē cultellũ
nõ q̄ habet melius martellũ. Charitas eni nõ inflat. ait
aplŝ. Et iõ nullus ſe debet alteri p̄ferre exemplo Pauli
Religioſoꝝ ſtatus quis ꝑfectior. aplĩ. q̄ ſe abortiuũ dicit ⁊ minimũ aploꝝ. Bñ tñ ſtatus
religioſoꝝ ille ꝑfectior q̄ includit modũ viuēdi importā-
tem magis ea q̄ ꝓmouēt melius ad charitatē dei ⁊ pro-
ximi hñdā ⁊ ↄſeruādā. Et q2 vt dc̄m ē ſtatus religiõis
eſt ordinatus ꝓpter ꝑfectõem ꝑſonalem. ideo fruſtra glo
riat̄ de ſtatu q̄ nõ hꝫ maiorē ꝑfectõem ꝑſonalē. Et vtinā
tales gloriatões ⁊ p̄poſitões inter religioſos ceſſarent.
q2 multoꝝ maloꝝ ſũt cauſa. ſicut exꝑientia docet. Circa
iſtā ergo materiā ſcꝫ de ꝑfectõe ſtatus religioſoꝝ ꝙ non
diminuit̄ ꝑ hoc ꝙ habeātur tꝑalia i cõi. ponũtur tres cõ
cluſiões. q̄rũ p̄ma ē ꝙ habere tꝑalia i cõi inq̄ꝫtũ ſũt neceſ
ſaria fini ad quē religio eſt inſtituta. nõ diminuit de ꝑ-
fectõne vite debite illi religioni. Secũda ē ꝙ habere do-
miniũ i reb9 tꝑalib9 neceſſarijs ad vitā nõ diminuit de
ſtatu ꝑfectõis religioſoꝝ. Tertia eſt ꝙ habere etiā domi
niũ i reb9 imobilib9 in cõi nõ diminuit de tali ꝑfectõne.

Ad euidētiā p̄me ↄcluſiõis ſcꝫ ꝙ habere tꝑalia in cõ
muni inq̄ꝫtũ ſũt neceſſaria fini ad quē religio inſtituta ē
nõ diminuit de ꝑfectõne debita illi religiõi. Sciendũ ꝙ
diuerſe religiones ſũt ordinate ad diuerſos fines. q̄dam
ad militandũ ↄ̄ inimicos fidei. quedā ad hoſpitalitatē
quedā ad oꝑa vite actiue. quedā ad oꝑa vite ↄtemplati
ue. Et ſm̄ diuerſos fines religiõis diuerſimode ſũt neceſ
ſaria tꝑalia in religiõib9. Vñ religio q̄ ordiat̄ ad hoſpi-
talitatē. vt religio ſancti Antonij. nõ ſolũ indiget tꝑalib9
ꝓ ſuſtētatõe ꝓfeſſoꝝ i illa. ſꝫ etiā ad h̄ vt poſſint hoſpita
litatē ſeruare. ⁊ hoſpites ſuſtētare. Et q̄ ad militiā ordia
tur indiget tꝑalib9. nõ ſolũ ꝓ ſuſtentatõe ſed ꝓ eq̄s habē
dis ⁊ armis. Nec poſſent tales religiões aſſeq̄ finē ſuũ.
niſi haberēt tꝑalia ⁊ in copia. Vñ r̄lib9 religioſis habe-
re in cõi etiā multa temꝑalia nõ derogat ꝑfectõi ſtatus.
debite illi religioni. hoc ꝓbat̄ facilr̄ ſic. Habēs inſtrumē-
tū ordinatũ ad aliquē finē. q̄ꝫtomagis eſt illõ accõmo-
dũ ad illũ finē. tāto hñs illud min9 exorbitat ab illo fi-
ne ceteris parib9 ſicut patet in oĩb9 artib9. Nā q̄ꝫto fa
ber habet melius martellũ tāto meliorē fac̄ cultellũ cete
ris parib9. Et rõ ē. q2 cũ inſtr̄m q̄rat̄ ad finē q̄ꝫtomagis
eſt ipm̄ accõmodũ ad finē tāto melius oꝑatur. ſic medi-
cina tāto melior ē q̄ꝫtomagis oꝑat̄ ad ſanitatē Sed iſta
tꝑalia ſũt inſtrumēta nec̄ria ad vitā p̄ñtē ⁊ ad finē cuiuſ

libet religionis. vt que ſũt nec̄ria fini alicui9 religiõis ſũt
accõmoda illi fini. Et intātũ accõmoda ꝙ ex q̄ nec̄ria ſi-
ne ill' nõ p̄t finis ille hr̄i. nõ ğ derogat ꝑfectiõi religiõis
hr̄e tꝑalia i cõmũi. Secũda ↄcluſio eſt q̄ ē difficilior
ꝙ habere tꝑalia in cõi. inq̄ꝫtũ ſũt nec̄ria ad vitā. non di
minuit de ꝑfectõe religiõis. ita ꝙ religio nõ hñs niſi vſũ
in aliq̄b9 reb9 nõ ē ꝑfectior religiõe hñte i ill' reb9 domi-
niũ i cõi. Et ad hāc ↄclõnē ꝓbandā deberet ſufficere au
toritas pape ⁊ Romāe eccl'ie i iſta ↄſtõe ⁊ illa. Ad ↄdi-
torē. In hac em̄ ↄſtõe q2 ita q̄rũdā vt dic̄ Nec h̄ ſcꝫ hr̄e
in cõi etiā q̄ ad ꝓprietatē aliq̄lr̄ derogat. iuxta dc̄m Gre.
ix. altiſſime pauꝑtati. Qui ſcꝫ Grego. dic̄ i illa decretali.
de exceſ. p̄la. Frēs p̄dicatores ⁊ minores i altiſſima pauꝑ
tate famulari chriſto pauꝑi. Et tñ ↄſtat frēs p̄dicatores
hr̄e aliq̄ i cõi. q̄ ad ꝓprietatē. q̄d coꝝ regl'e ⁊ ſtatui nõ re-
pugnat. Hec etiā Alexāder p̄deceſſor nr̄ i ↄdēnatõne li-
belli editi ↄ̄ ſtatũ p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ſenſiſſe videt̄. in q̄
de dictis fratrib9 q̄ ſequũtur ſic ait. Cũ inſuꝑ idē fratres
oĩa ꝓpter deũ reliquerīt auxilia. vite ſubſidia mēdicātes
chriſtũq̄ꝫ imitent̄ pauꝑem. euāgelicā ꝑfectõem amplexā
do ꝓpter quod euidēter apparet eos nõ ſolum eſſe in ſta-
tu ſaluandoꝝ ſed etiā perfectoꝝ. ⁊ per ſue religionis ob-
ſeruantiā que ipius quidē euāgelice perfectõis tenet for
mam etiā retributõis premio p̄cellētē gloriā promereri
vbi expreſſe dicit fratres p̄dicatores chriſtũ pauꝑē imi-
tari. ⁊ euāgelicā ꝑfectõem amplecti. ⁊ eſſe in ſtatu ꝑfecto-
rũ. ⁊ ꝙ coꝝ religionis obſeruātia euāgelice ꝑfectõnis te-
net formā. Et ↄſtat p̄dicatores habere poſſe aliqua i cõi
q̄ etiā ad ꝓprietatē ſm̄ coꝝ regulā. hec oĩa in dicta ↄſti
tutõe. Ex quibus patet ſm̄ intentõem ⁊ autoritatē triũ
ſummoꝝ pontificũ Gregorij. ix. Alexandri. iiij. ⁊ Iohis
xxij. ꝙ habere aliqua in cõmuni etiā q̄ ad ꝓprietatē ñ de
rogat perfectõni. nec altiſſime pauꝑtati. nec euangelice
perfectioni. que eſt ſumma. quare patet concluſio. Et q̄ꝫ
uis cuilibet fideli deberent ſufficere dicte autoritates:
tamē adducunt̄ ad hanc ↄcluſionē ꝓbandā ⁊ alie auto-
ritates. Prima ē autoritas Bede. ſr illõ Act. iiij. Erāt ill'
oĩa cõmunia. Diciteni ſic. Qui ſic viuũt vt ſint eis oĩa
cõmunia in domo cõmuni Cenobite vocant̄. q̄ vita tā-
tõ felicior quāto ſtatũ futuri ſcl'i perfecti9 imitāt̄. vbi cõ
munia erũt oĩa. q2 erit deus oĩa in oĩb9. Secũda eſt
autoritas Io. Caſſiani in Coll'. tractās idē verbũ ſic ait.
Habebāt aplĩ triplicē vnitatē. quā debēt habere Ceno-
bite. Vnitatē affectõnis. q2 multitudinis credētiũ erat
cor vnum ⁊ aĩa vna. Vnitatē habitatõnis. vt ptꝫ Act.
ij. ⁊ iiij. Vnitatē poſſeſſionis q2 erant illis oĩa cõia. vita
aũt aploꝝ fuit ꝑfectiſſima. Tertia eſt beati Auguſ. i re-
gula. Nõ dicatis aliquid ꝓpriũ. ſed ſint vob oĩa cõmu
nia. Sic em̄ legitis in actib9 apoſtoloꝝ ꝙ erant ill' oĩa
ↄmunia. Idē in li. de opere monachoꝝ. Si aliqui vrge
antur ex euāgelio vt nil reponāt in craſtinũ Reſponde-
ant. Cur ergo dñs loculos habuit. vbi pecuniā collcām
reponeret. Ex quo medio ꝓbationis be. Auguſt. oſtēdit̄
ꝙ chriſt9 habuit aliqua in ↄmũi. non ſolũ quo ad vſum
ſed etiā quo ad ꝓp̄etatē ſeu dominiũ. Quarta autori-
tas Baſilij dicētis in. iiij. c. ſue regule. Communionē vi
te perfectiſſime hāc ego voco, in qua quidē poſſeſſionũ
pulſa eſt proprietas oĩa aũt ↄmunia. Quinta autori
tas eſt proſperi de vita contemplatiua. ⁊ habet̄. xij. q. j.
Expedit facultates eccl'ie poſſidere. ⁊ ꝓprias perfectionis
amore ↄtemni. Et ponit exemplũ ſancti Paulini epiſco
pi. Probat̄ eadē ↄcluſio ⁊ rationib9 plurib9. Primo ſic.
Ille ſtatus non eſt ꝑfectior alio q̄ non ↄtinet modũ viuē
di magis ꝓmouentē ad ꝑfectionē perſonalem acquiren
dam q̄ꝫ alius. patet hoc ſtatim. q2 ex hoc dicit̄ vn9 ſtat9
perfectior alio. vt dictũ eſt ſupra. q2 ↄtinet modũ viuen
di importantē melius ea que ꝓmouēt ad charitatē dei

dñs per moyſen Deute xxxij. Ignis ſuccēſus eſt in furo re meo. ⁊ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima. id eſt vindicta ſeu punitio peccatoribus. hic incipiet multis modis cruciās pctōres. ⁊ poſtea ĩ iferno plenior erit. Hic ignis ait be. Aug. miro mō eſt grauis. excellit enĩ oēm penaꝫ quā vnqꝫ aliqs expertus eſt in vita iſta. di. xxvi. §. alias. Et ſi hoc dicit be. aug. de igne purgatorij. multo magis intelligendū eſt de igne inferni cā grauior ſit pena inferni ꝙ purgatorij ſine cōparatōne. Camin⁹ ex parte ſuperioris habet obſcuritatē fumi. vñ ⁊ tenebroſitatē. Et ꝓpter hoc dicit̄ etiā locus ille tenebre exteriores Matth. xxij. Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ mittite eū in tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Dictū fuit a rege de eo qui in nuptijs nō fuit cum veſte nuptiali. ⁊ ſignificat quēlibet qui in eccl'ia manet ſine charitate. Quāuis enĩ ibi ſit ignis nō tñ lucet eis. Sed eſt obſcurus ſicut flamma in lignis humidiſſimis ē obſcura ꝓpter fumū. Apoca. ix. De fumo putei obſcurat⁹ eſt aer. Idem aſcēdit fumus tormētoꝝ ei⁹ in ſecula ſeculoꝝ. In hui⁹ figurā legit̄ Exo. x. de tenebris a deo immiſſis egyptijs obduratiſ. ꝙ vir nō eſt motus de loco ſuo nec cognouit fratrē ſuū ꝓpter tenebras horribiles ⁊ palpabiles. Et Sap. xvij. dr̄ Nulla vis ignis poterat illuminare noctē illā horribilē aut limpide ſyderꝫ flāme. Sunt ḡ tales ille tenebre cum igne vt aliqd luceat ad dānatoꝝ maiorē ꝯtriſtatōem et nō ad ꝯſolatōem. Vñ be. Gre. in li. moral. Illa vltrix flamma vitioꝝ ꝯcrematiōem qdem habet ſed lumē nō habꝫ Ille ignis ad ꝯſolatōem lumē nō habet vt luceat. ſꝫ tm̄ vt magis torqueat ad aliqd luceꝫ. nā ſequaces ſuos ĩ tormento ſecū reprobi viſuri ſunt. quoꝝ amore deliquerūt. hec ille. Experimur quotidie ꝙ ſicut dulce lumē ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolem. vt dicit Salomō. ita manere diu in tenebris eſt valde tedioſum. vt cū noctes ſint ꝓlixe vt in hyeme. niſi lumē adſit attediat̄ homo. ⁊ ſimil'r. qñ diu aer eſt nubiloſus. qd aūt cum ſemꝑ tenebre ſint durature. Narrat Gre. in li. dyal. ꝙ quidā ſolitari⁹ ſanctus hō quibuſdā romanis nauigātib⁹ ⁊ applicantibus ad inſulā in qua morabat̄. ac viſitātib⁹ eū. audita fama ſanctitatis ei⁹. retulit Theodoricū regē italie eſſe defūctū narrās ſe vidiſſe in ſpū ipm theodoricū peſſimū tyrannum duci diſcaltiatū vinctis manib⁹ ⁊ ꝓijci in ollā vulcani a papa iohāne quē in cuſtodia carceris affligendo occiderat. Et ſymacho patricio quē iniuſte ferro trucidauerat. Refert etiā be. gre. idē. Qꝫ quidā miles roman⁹ eductus a corꝑe. ⁊ poſtea cito rediēs narrauit ſe vidiſſe pontē altū ⁊ artum ſub q̄ currebat fluui⁹ nigerrim⁹ ⁊ caliginoſus nebulā fetoris intolerabilē exalans. vltra queꝫ pontē vidit prata virētia ⁊ florētia ſuauiſſimi odoris q̄ reficiebant̄ ⁊ ſatiabant̄ pambulātes ⁊ habitantes illic dñice lucis plene erant māſiones. ibiqꝫ mire potētie edificabat̄ dom⁹ aureis laterculis. Et alij homīes alias domos edificabāt diuerſe etatis ⁊ ſexus iuxta ripā flumīs habitacula aliqua tangebant̄ a nebula fetoris. Aliq̄ ꝓ̄o de ponte labebant̄ in fluuiū. Iuſti ꝓ̄o trāſibāt. Ibi vidit petrū maiorē familie eccl'iaſtice multo ferro depreſſum. ⁊ demerſum in flumine. Dictūqꝫ eſt ꝙ ideo hoc patiebatur. qꝛ plus crudelitatis deſiderio ꝙ̄ obediētia vel corrigendi zelo plagas inferebat. Vidit ⁊ quendā ꝑegrinuꝫ ſacerdotē cū magna celeritate ⁊ ſinceritate tranſeuntem. Vidit ⁊ ſtephanū quendā cui⁹ pes dū vellet trāſire per pontē lapſus eſt. ⁊ a teterrimis viris ex flumine ſurgētibus ex media pte corporis a ponte eiectus trahebat̄ per coxas inferius. Sed qd de eo poſtea actum ſit. ignorauit. Erat quippe vir ille laſciu⁹ ⁊ luxurioſus. ⁊ ideo ꝑ coxas trahebat̄. Erat ⁊ elemoſinaris. ⁊ hoc eum tenebat ſuſpēſum. Eſt ergo loc⁹ igneus ⁊ tenebroſus ſeu nebuloſus.

**Tertio eſt locus intēperatus. Vñ dicit̄ auernus.** De hoc nomīe patet in hymno. Et auerni ignib⁹ ipſi cremimur acrius. Et virgili⁹ in eneidos. vi. Facilis deſcenſus auerni. Sed reuocare gradus ſuꝑaſqꝫ euadere ad auras hic opus hic labor eſt. Et dicit̄ auernus quaſi ſine materia tēperamēti. qꝛ erit ibi qualitatum inequalitas. Nulla tēperies erit ibi. ſed oīa ſeuiēt quaſi in ſummo gradu. Ignis ardore vehemētiſſim⁹. frigus intēſiſſimū ⁊ ſic de alijs. Sap. v. Pugnabit pro eo orbis terrarum ꝯtra inſenſatos. Job. xxiiij. Ab aquis niuiū tranſibunt ad calorē nimiū. Qui dolor quantus ſit aliquātulū pñt intelligere lotrices pannoꝝ. que tempe hyemis de ripa ria ꝯgelata veniūt ad ignem. Vñ bea. Greg. in li. moralia tractans illud Job. x. Ubi nullus ordo ſꝫ ſempiternus horror inhabitat. inquit. Ideo null⁹ ordo. quia miſeris erit mors ſine morte. finis ſine fine. defectus ſine defectione. Mors enĩ. i. pena mortalis ibi viuit. finis ſemꝑ incipit. defectus deficere neſcit. Quia mors ꝑimit ⁊ non extinguit. dolor excruciat. ſed nullaten⁹ dolorem fugat. Flāma comburit. ſed nullaten⁹ tenebras expellit. Et ita ſupplicia ordinē nō habēt. quia nō ſuam ꝑ oīa qualitatē tenent ſcꝫ ſicut hic. Sempitern⁹ quoqꝫ horror ibi inhabitat. qꝛ hec flamma que ſuccēdit illuminat. Ibi ignis illecruciās. obſcurat. Hic metus amittit̄ cum tolerari incipit qd̄ timebat̄. Illic ⁊ dolor dilaniat ⁊ pauor anguſtat. Horrendo igit̄ mō tūc erit reprobis dolor cū formidatione. flamma cū obſcuritate. Et qꝛ a volūtate ſui ꝯditoris diſcrepauit peccator. ideo a ſuis qualitatib⁹ tormenta diſcordabunt. hec bea. Gre. Et quia aplus dicit ad Romã. xiij. Que a deo ſunt ordinata ſunt. locus aūt auerni ſiue inferni a deo eſt paratus. ideo ⁊ ibi vtiqꝫ ordo eſt diuine prouidentie. Ordo aūt diffinit̄ ab aug. xix. de ciui. dei. eſt pariū diſpariūqꝫ reꝝ ſua vnicuiqꝫ loco congruenti tribuens diſpoſitio. Locus cōueniens grauib⁹ eſt terra. Et quia reprobi quoꝝ iniqtates vt ait pſ. xxxvij. ſicut onus graue grauate ſunt ſuꝑ eos. cum ipo grauamine hinc recedūt. apte in centro terre collocant̄ auerni. Et quia paria peccata pari pena puniunt̄. ⁊ ſimile cū ſimili apte collocat̄. Ideo dicit dñs. Colligite zizaniā in faſciculos ſuos ad cōburendū. vt auari cū auaris. ſuꝑbi cum ſuꝑbis. luxurioſi cū luxurioſis collocati ſint. ſicut ⁊ hic conuerſati. Et quia ſicut oīm rerū deus. ita ⁊ peccatorum et ſuppliciorꝫ nouit menſurā. vt mēſura grauitatis pene ſit ſcḋm menſurā quātitatis culpe. dicente dño miniſtris ſuis. Apocal'. Quantū ſe exaltauit ⁊ in delitijs fuit. tantum date ei tormentū ⁊ luctū. Et Sap. vi. Fortioribus ſcꝫ maiori deformitate volūtatis peccantib⁹. fortior inſtat cruciatio. Ideo qui abundātius peccauit ⁊ grauius ordo diuine iuſticie grauius punit. Sed intelligit̄ ibi nō eſſe ordo. quia nō ſeruāt ille res ordinē illū quem hic habuerūt vt flamma ignis que hic cōburit ⁊ illuminat non aūt ibi. Sed nec ibi ſeruabit̄ qd̄ videlꝫ communiter dicit̄ in. vi. Eñ. Solaciū eſt miſeris ſocios habere penarum. Vñ dicit bea. Aug⁹. Nō hi quos monem⁹ agere penitentiā querūt ſibi comites ad ſupplicia. nec gaudēt quia multos habebūt ſibi ſimiles ſcꝫ in penis. Nā non ꝓpterea minus ardebūt. quia cū multis ardebunt. ij. q. i. multi. immo plus cruciabunt̄. ⁊ pcipue quo ad eos qs ſuo exemplo vel occaſiōe traxerunt ad malū. Et ꝓpterea diues ſepultus in inferno petebat mitti lazarū ad monendum fratres ſuos. vt agerēt penitentiā. ne irent ad locum tormentoꝝ. nō quia ex charitate cōpateret̄ eis. ſꝫ quia maius ſibi parabat̄ ſuppliciū ex damnatōne fratrum cū exemplo vel alijs modis eſſet occaſio peccatoꝝ illoꝝ. Sicut enĩ ex multitudīe vbi eſt ordo reſultat pulcritudo que delectat. ⁊ quāto maior multitudo. tāto maior pulcritudo ⁊ delectatio. Ita vbi nō eſt ordo. quanto maior multitudo. tāto maior confuſio ⁊ afflictio in eis

Quanta autẽ ſit multitudo damnatoꝝ. de facili poteſt
ꝑcipi. ex eo ꝙ xp̄s dicit Math. vij. Lata eſt via que du
cit ad ꝑditiōem. ⁊ multi incedũt ꝑ eam. Et arta ⁊ angu/
ſta via q̄ ducit ad vitā. via ſcʒ ꝟtutū. ⁊ pauci vadũt per
eam. Oēs infideles ad infernū tendũt. Et fideles chriſti
ani ſimilr̄ q̄ mādata dei nō ſeruāt. Ex bis plen⁹ eſt mun
dus. Timete ḡ eum. Math. x. qui pōt aīam ⁊ corp⁹ per/
dere in gehennā. que ē loc⁹ intemperat⁹. inordinatus. et
Dr̄ ⁊ lac⁹ ⁊ puteus horridus. Quarto eſt loc⁹ fetid⁹ ⁊ immūdus. ⁊ ꝓpte/
rea dr̄ lacus ⁊ pute⁹. ps̄. xlix. Eduxit me de lacu miſerie
⁊ de luto fecis. i. de inferno in quē q̄s ſe ꝓijcit merito cuʒ
peccat mortaliter. ſed inde exire nō valet niſi educatur a
deo ꝑ grām ſuā. Dicit̄ ⁊ pute⁹ Apoc. ix. De puteo abyſſi
obſcurat⁹ eſt aer. Et pōt dici pute⁹ a puteo. i. a fetore. Eſt
enī quaſi latrina mūdi ⁊ quaſi ſentina vbi omēs ſordes
ꝯfluũt. Vñ dicit Baſili⁹ ꝙ dn̄s in fine mūdi purgabit
oīa elemēta ⁊ oēm immūdiciā eoꝝ. ⁊ ꝟtutē leſiuā ꝓijciet
in infernū. vt cloacā ad penā damnatoꝝ. Qualitates eo
rum delectabiles in eis remanebũt ad gl̄iam beatoꝝ et
eoꝝ decorē. ſicut ignis habet cōburendo viua affligere.
habet ⁊ illuminare. Virtutē ḡ afflictiuā ꝓijciet in infer/
num. illuminatiuā ſibi dimittēdo. In hmōi locis ma/
nent freq̄nter ſerpētes. dracones. ⁊ ꝟmes. Deut. xxxij. Dē
tes beſtiaꝝ immittā in eos cū furore trahēciū ſuꝑ terrā
atqꝫ ſerpētiū. ⁊ Eſa. xiiij. Subter te ſternet̄ tinea. ⁊ ope/
rimentū tuū erũt ꝟmes. Dicit̄ de nabuchodonoſor ⁊ di/
abolo be. aug. in li. de ciui. dei. magis intelligit de verme
ſpūali ſcʒ remorſu ꝯſcie q̄ ſemꝑ mordet eos. ⁊ iō nō mori
tur de pc̄is cōmiſſis ꝓpter q̄ deuenerũt ad tantā miſeri
am dānatōis eterne. Legit̄ in vitaſpatꝝ ꝙ cū bononie
eſſet quidā ſcholaris nobilis q̄ illuc ad ſtudendū de ali/
is ꝑtib⁊ aduenerat multis pompis. vanitatib⁊ ⁊ laſciui
is erat dedit⁹. Hūc viſitās ſupprior ꝯuētus bonon̄. ordi
nis p̄dicatoꝝ. q2 ip̄e cōpatriota ei⁹ fuerat. cepit eū alloq̄
Sed p̄fat⁹ ſcholaris timēs ne cōpunctiua aliqua dice/
ret ſibi. q̄ eū haberēt retrahere a voluptatib⁊ mūdi. fecit
pactū cum eo ne de reb⁊ ſpūalib⁊ aliq̄d ſibi loqueret̄. ſi
vellet diuti⁹ cōfabulari cū eo. qḋ ille ꝓmiſit ſe facturum.
ita tm̄ ꝙ in fine eoꝝ colloquij tm̄ duo verba ſcripture ſi
bi ꝓponeret. Poſtq̄ ḡ de multis ⁊ varijs reb⁊ de parēti/
bus eoꝝ ⁊ amicis ac notis habuerũt ſermonē. Demum
ab eo volēs recedere dixit illa duo ꝟba ſcripture. volo vo
bis dicere vt ꝯuenim⁹. At ille. Dicas cito ⁊ breuiter. Et
ſuppꝛior. Scriptū eſt in Eſaia. xiiij. ca. de vnoquoqꝫ. qui
ſe tradit delicijs ⁊ vanitatib⁊ mundi ꝙ in alia vita hoc
ei eueniet. Subter te ſternet̄ tinea ⁊ opimentū tuū erũt
ꝟmes. Et inde receſſit. Ita aũt inheſit firmiter hoc ver/
bum mēti ei⁹ vt nullo pacto poſſet a corde ei⁹ illud excl/
dere. Sʒ ei⁹ recolēdo inde ꝯſiderabat quō poſſet ſuſti/
nere talē lectū vermiū ⁊ tineaꝝ ſemꝑ q̄ nec morſum puli
cis patiēter ferret. Cūqꝫ ſocios vanos ip̄e q̄reret ⁊ ſolaci
is ſe applicaret. vt illi⁹ verbi obliuiſceret̄ ⁊ ꝯſideratōnis
talis cruciat⁹ vermiū ⁊ tineaꝝ. nec aliquo mō a mēte ſua
valeret reijcere die noctuqꝫ. Demū ꝟbis illi⁹ cōpūct⁹ ſe/
culum deſerēs. religionem ingreſſus. deo ſe ibi deuouit.
Dr̄ etiam tartarus. Quinto locus ille ē tumultuoſus. Vñ tartarus dr̄ a
ſtrepitu ⁊ ꝯtētiōe rixoſa. Eſa. iij. Tumultuabit̄ puer con
tra ſenem. ⁊ ignobilis ꝯ nobilē. fili⁹ obiurgabit patrē. et
pater filiū. Vñ legit̄ in li. de. vij donis. ꝙ cū quidā vſu/
rarius infirmabat̄ ad mortē. nec ſacerdos vellet ei ſacr̄a
ꝯferre niſi reſtitueret vel cautōem faceret. Ille aũt nollet
Hortabant̄ ad hoc eū filij ne ad infernū deſcēderet mo
riens. Et ille. Vos neſcitis q̄d petatꝭ. Oporteret vos ire
ad hoſpitale ſi vellē cūcta reſtituere mala ablata meli⁹ ē
cōmittere ſe miſcdie dei q̄ꝫ miſcdie hominū. Mortuus
igit̄ ille ſepultus eſt in infernū. Ex filijs aũt eius duob⁊
dixit vnus ad alteꝝ. Pater noſter dānatus eſt. nō volū
mus imitari eum retinēdo vſuras ab eo extortas. ſʒ red
damus creditorib⁊ vt ſaluari poſſimus. At ille. Ego pre
que me ꝯtingit volo gaudere. ego nō feci vſurā. Ex quo
ip̄e qui extorſit nō reſtituit. ip̄e luat penā. Alter portōeꝫ
ſuā reſtituit. ⁊ ſeculū deſerēs. dei obſequio ſe totū tradi/
dit. Dum aũt qui in ſeculo remāſerat mūdanis ſe imer/
geret. infirmatus ad mortē nec penitēs. ad tartaꝝ ſecut⁹
eſt patrē. Quod frater audiens rogauit deū vt ſibi aliq̄
modo oſtēderet ſtatū eoꝝ in alio ſeculo. Vna igit̄ dieꝝ
cum oraret. vidit terrā apertam. ⁊ in infimo patrē in flam
mis inferni ſepultū. ⁊ filiū ei⁹ fratrē ſuū ſuꝑ eum iacēntē.
maledicebatqꝫ pater filiū dicēs. Maledicta ſit hora in
qua te genui. ⁊ tu ſis maledict⁹. q̄a ꝓpter te ego feci vſu
ras. nec volui reſtituere. ne dimitterē te pauperē. ⁊ ꝓpter
hoc crucior in hac flāma. Et filius ecōtra. Maledictus
ſis tu pater ⁊ maledicta ſit dies in qua me genuiſti. tu
me exēplo tuo docuiſti fenerari. ⁊ vſuras extortas nolui
ſti reddere. ſed mihi reliquiſti. ꝓpter qḋ in ꝑpetuū cruci
or. Qḋ cernens ille grās deo egit qui eum liberauit de
tanto malo. Sexto eſt locus dānatoꝝ locus obliuio/
ſus ⁊ occultus. vñ a gentilib⁊ lethes dicit̄. ⁊ interp̄tatur
obliuio. q2 ſcʒ ſui. i. eius q̄ eſt dānatus tradũt eū obliuio Dicit̄ ⁊ le
ni. Et deus etiā videt̄ eoꝝ obliuiſci. inq̄ꝫtū ſcʒ nō liberat thes.
eos ab illis penis. Ps̄. Nec memor ero nominū eorum
per labia mea. pōt dicere deus de eis. Amici ⁊ ꝓpinqui
carnales cito tradũt obliuioni. qḋ patet. q2 modica ſuf/
fragia faciũt ꝑ eis. q̄nimmo nec illa q̄ illi legarũt. Et ſi
neſciāt illis nō poſſe ꝓdeſſe. cum non nouerint ſi ſunt in
purgatorio vel in inferno. Vñ accidit eis ſicut de pincer
na pharaonis. qui in ꝓſperitate ꝯſtitut⁹ oblit⁹ eſt inter/
pretis ſui ioſeph q̄ in carcere erat. q̄ ei bn̄ficiū faciēs in/
terp̄tatus ex ſomnio ſuo ſui liberatōem. ⁊ ſi ei ſe recōmē
daret. oblitus eſt cito ei⁹. Dūm q̄ꝫ ⁊ ipſe dānatus obliui
ſcit̄. ex q̄b⁊ poſſet in aliquo ꝯſolari. Nam ſi memorie oc
currũt gaudia vana ⁊ delectatōes quas habuit in mūn/
do. hoc eſt eis ad cruciatū. q2 ꝑ illa cognoſcũt ſe deo pua
tos ⁊ omī bono. Septio eſt loc⁹ ꝑiculoſus. Vñ dicit̄
baratrū in hymno. Cōſurgit xp̄s tumulo victor redit d̄
baratro. Et dr̄ baratrū. quaſi latitudo arta. q2 eſt lat⁹ lo Dr̄ etiam
cus ad ingrediendū. ſed artus ad exeundū adeo ꝙ nul/ baratruʒ.
lus pōt exire. M[illegible]. v. Nō exies inde quouſqꝫ reddas
nouiſſimū quadrantē. ⁊ Mat. xviij. Tradidit eum tor/
torib⁊ quouſqꝫ redderet vniuerſum debitū. Et quia ibi
nō eſt locus ſatiſfactōnis. vñ nō habet qḋ reddat. nun/
q̄ꝫ egredit̄ de loco. ſed ibi ſemꝑ penas luit. Dicitur ⁊
herebus a gētilib⁊. q2 ſemꝑ adheret illi tali pena. Vnde et
ſi diabol⁹ vel aīa damnati ad horā de illo loco exeat vt Dr̄ ⁊ he/
appareat alicui deo diſponēte. ſecū tamē portat infernū. rebus.
⁊ ſemꝑ ei illa pena inheret. Qḋ aũt dixerũt demōes xp̄o
clamādo. Veniſti ante tēpus torquere nos. Mat. viij.
nō ſic eſt intelligendū tanq̄ꝫ ꝓus non cruciarent̄. Sed
quia aliqḋ accidētale ſuppliciū tūc adductū eſt eis ꝓpter
preſumptiōem eoꝝ. Dicit̄ acheronta a gentilib⁊. i. lu/
ctuoſus. vel archeronta ab a qḋ eſt ſine ⁊ cheronta qḋ
eſt ſalus. q2 ſine ſalute ſunt lachryme ille. Mat. xiij. Ibi Dr̄ ache/
erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Eſa. v. Dilatauit infern⁹ ani/ ronta.
mam ſuā. ⁊ aperuit os ſuū abſqꝫ vllo termīo. Ps̄. lxviij
Neqꝫ vrgeat ſuꝑ me puteus os ſuū. Puteus eſt ꝓfundi
tas humane iniq̄tatis. in quē ſi ceciderīs nō claudet ſuꝑ
te os ſuum. ſi nō clauſeris os tuū. Confitere ergo et dic.
De profundis clamaui ad te dn̄e. Claudit os ſuū ei qui
confitet̄. iuxta illud. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquita/
tes ⁊ quoꝝ tecta ſunt pctā. Quidā ſenex migrans cū
crederet̄ mortuus ad ſe reuerſus fleuit incōſolabiliter di
cens frequēter. Ve mihi q2 nō fleui. Ve mihi quia non
fleui. Ve mihi quia non fleui. Fletus autem illic erit in
fructuoſ⁹ q̄ h̄ ē vtilis ⁊ p̄cioſ⁹. b. aug. Fruſtra ibi flebũt

peccatores. qui maloꝝ ſuoꝝ veniam nō ꝯſequentur.

## De punitōne repꝛo. §. IIII

borū in corpib⁹ poſt vltimā reſurrectiōem. ꝙ cruciabun-
tur in igne inferni continue. nec tñ ꝯſument vel deficiēt.
Matth. xxv. Dicet iudex vniuerſoꝝ dñs Jeſus repꝛo-
bis. qui a ſiniſtris erūt iudicandi reſuſcitatis in corpo-
rib⁹ ſuis. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū. et Ec
cleſiaſtici. vij. Uindicta. i. punitio carnis impij ignis et
vermis. Hic ignis ait bē. Aug. excellit oēm penā quam
aliquis vnqꝫ eſt expertus in vita iſta. Dicit̄ cōiter a ſapiē
tibus ignē noſtrū quo vtimur eſſe quaſi ignis pict⁹ re-
ſpectu illi⁹ ignis infernalis. qꝛ ita eſt afflictiu⁹ ꝙ reſpe-
ctu ei⁹ ignis nr̄ nullā afflictiōem videt̄ ingerere hūano
corpi poſito ſup eū. Sed ſi aliqs nūc cum caſu tangitur
ab igne iſto. ſentit dolorē intēſum. qd faciet miſer dāna-
tus ibi ſp manſuꝝ. Eſa. xxxiij. ca. Quis de vobis hītare
poterit cū ardorib⁹ ſempiternis. qs hītabit cū igne de-
uorāte. Et quia in fidelib⁹ videt̄ corpus humanum in
igne manere ⁊ nō ꝯſumi. impoſſibile voluit deus oſten-
dere p exemplū triū pueroꝝ. ananie. azarie. ⁊ mizaelis. q
miſſi ſunt a nabuchodonoſor in fornacem ardentē. nec
tamē ꝯſumpti ab igne. Dañ. iiij. Jn multis quoqꝫ reb⁹
naturalib⁹ oſtēdit de⁹ multa fieri pter ſolitū curſum na-
ture in alijs reb⁹. Sicut enī dedit naturā ⁊ ꝓprietatē cer-
tam reb⁹, ꝓut voluit. ita ⁊ pōt immutare ⁊ dare aliā cuꝫ
vult. Uñ hoc p multa exempla oſtēdit bea. Aug. in. xxi.
de ciui. dei. ca. ij. ⁊ ſequēti. Cōuincant̄ increduli poſſe hu
mana corpa aīata atqꝫ viuētia nōnunqꝫ morte diſſolui
ſed in eternoꝝ quoqꝫ igniū durare tormentis. cum ſine
animalia ꝑfecto corruptibilia. qꝛ mortalia. que tñ medi-
is ignib⁹ viuant. Nōnullū etiā genus vermiū in aqua-
rum calidaꝝ ſcaturigine repiri. quaꝝ feruorē nemo īpu
ne ꝯtrectet. Jllos aūt nō ſolū ſine ſui leſione vlla ibi eſſe
ſed extra ſe nō poſſe. ꝙ ſi eadē in credulitate contendāt.
qꝛ hec animalia nec ſemp viuūt. ⁊ in illis feruorib⁹ viuūt
Si mirabile eſt in ignib⁹ dolere ⁊ tamē viuere. mirabi
lius eſt viuere in ignib⁹ ⁊ non dolere. Si hoc credit̄. cur
nō ⁊ illud. Sed nullū inqunt. ſcꝫ increduli corp⁹ eſt qđ
dolere poſſit. nec poſſit mori. Quib⁹ dicit̄. Et ſi nulla ca
ro nūc eſt q ſenſum doloris ꝑpeti poſſit moriqꝫ nō poſ-
ſit. erit tūc tñ talis ſcꝫ in vltīa reſurrectiōe. qualis nunc
nō eſt. ſicut talis erit mors qlis nūc nō eſt. Attēdūt iſti
ꝯtradictores nūc nullā eſſe carnē q dolorem pati poſſit
morteqꝫ nō poſſit. ⁊ attendunt eſſe tñ aliqđ tale qđ cor-
pore maius eſt. Jpſe qppe anim⁹ cui⁹ pñtia corp⁹ viuit ⁊
regit̄. ⁊ dolorē pati poſſit ⁊ mori nō poſſit. Ecce inuenta
eſt res q cū ſenſum doloris habeat. immortalis eſt. Hoc
igit̄ tūc erit in corpib⁹ dānatoꝝ qđ nūc eſſe ſcim⁹ in ani
mis oīm. Si diligēter ꝯſiderem⁹. dolor corpis mag ad
animū ptinet. Dolet itaqꝫ aīa cū corpe in eo loco ei⁹ vbi
aliqđ ꝯtingit vt doleat. Dolet ⁊ ſola qꝫuis ſit in corpore
cū aliqua cauſa etiā inuiſibili. triſtis eſt ipa corpore inco-
lumi. Dolet etiā nō in corpe conſtituta. Nam vtiqꝫ dole
bat diues apud inferos cum diceret. Crucior in hac flā-
ma. Corpus aūt examine nec dolet nec animatū ſine ani
ma dolet. Si ergo a dolore argumentū recte aſſumere-
tur ad mortē. vt iō mors poſſit accidere. qꝛ potuit accide
re ⁊ dolor. magis ad aīam ptineret mori ad quā magis
pertinet ⁊ dolere. Cum vero illa q magis dolere poteſt.
non poſſit mori quid momēti affert. cur illa corpa. quo-
niam futura ſunt in dolorib⁹. ideo etiā moritura eſſe cre-
damus. Et ſi platonici quidā dixerūt. Uñ ⁊ virgilius
ex moribūdis terreni corpis mēbris animas habere. vt
metuāt. doleāt. ⁊ hmōi. Cur incredibile eſt ita ignes illiſ
corpib⁹ dolorē poſſe inferre nō mortem. ſicut ipa corpo-
ra dolere aīas faciūt. qs tñ ideo mori nō cogunt. Jdem
ca. iiij. Sicut q naturas aīaliū curioſi⁹ indagarunt ſala
mandra referūt in ignib⁹ viuere. Et quidā notiſſimi ſi-
cilie montes q tanta tpis diuturnitate ⁊ vetuſtate vſqꝫ
nunc ac deinceps flāmis eſtuant atqꝫ integri ꝑſeuerant
ſatis idonei teſtes ſunt. nō oē qđ ardet aſſumi. Et anima
indicat nō oē qđ dolere pōt. poſſe etiam mori. Quid ad
huc a nobis reꝝ poſtulant̄ exēpla quib⁹ doceam⁹ non
eſſe incredibile vt hoīm corpa ſempiterno ſupplicio pu-
nitoꝝ. ⁊ in igne aīam nō amittāt. ⁊ ſine detrimēto arde-
ant. ⁊ ſine interitu doleāt. Habebit enī tūc carnis ſub-
iſtā qualitatē ab illo inditam. q tam miras ⁊ varias tot
reb⁹ indidit quas videm⁹ ꝓprietates vt eas. quia multe
ſunt nō miremur. Quis enī niſi creator oīm dedit pauo
nis carni mortui ne putreſceret. Qđ dt bea. Aug. ſe expꝑ-
tum vt p annū illū reſeruaſſet coctā. nec putreſceret. ſed
ſolū corpulētie ſiccioris fuiſſe. Quis palee dedit vel ta-
frigidā vim. vt obrutas niues ſeruet. vel tam feruidam
vt poma immatura maturet. De ipo igne mira. quis ex-
plicet. quo queqꝫ aduſta nigreſcūt. cum ipe ſit lucidus ⁊
pene omīa ambit ⁊ lambit colore pulcerrimus decolorat
atqꝫ ex pruna fulgida. carbonē teterrimuꝫ reddit. Neqꝫ
id quaſi regulariter definitū eſt. Nā econtrario lapides
igne candēti ꝑcocti. ⁊ ipi fiunt candidi. Et qꝫuis magis
ille rubeat illi albo colore niteſcant. Congruit tñ luci qđ
albū eſt. ſicut nigrū tenebris. Cum itaqꝫ ignis in lignis
ardeat vt lapides coquat. ꝯtrarios habet nō in reb⁹ cō-
trarijs effect⁹. Et ſicut ⁊ ligna ⁊ lapides diuerſa qdam
ſunt. ſed nō ſunt ꝯtria ſicut albū ⁊ nigrū. quoꝝ in lapidi
bus vnū facit. alteꝝ in lignis. clarus illos clarificās. hec
obfuſcās cū in illis deficeret niſi in iſtis viueret. Quid i
carbonib⁹. nōne mirāda res eſt ⁊ tāta infirmitas vt ictu
leuiſſimo frangant̄. preſſu facillimo ꝯterant̄. ⁊ tanta fir-
mitas vt nullo humore corrumpant̄. nulla etate vincan-
tur. vſqꝫ adeo vt eos ſubſternere ſoleant. qui limites fi-
gunt ad ꝯuincendū litigatorē. Qui eos in terra humi-
da infoſſos. vbi ligna putreſcerēt tam diu durare, incor-
ruptibiliter poſſe. niſi reꝝ ille corruptor ignis effecit. Jn
tueamur etiā miraculū calcis excepto de eo de quo iam
ſatis dixi ꝙ igne cādidat̄. quo alia terra reddunt̄. Etiā
occultiſſime ab igne ignē ꝯcipit. Cunqꝫ iam gleba tāgē
tib⁹ frigida tam latēter ſeruat. vt nullo nr̄o ſenſui pror-
ſus appareat. Sꝫ ꝯptus experimēto etiā dū nō apparet.
ſciat̄ ineſſe ſopu⁹. ꝓpter qđ eā calcē viuā loqmur. velut
ipe ignis latens aīa ſit inuiſibilis viſibilis corpis. Jam
vero qꝫmirū eſt. ꝙ cū extinguit̄. tūc accendit̄. Ut enī oc-
culto igne careat. aque infundunt̄. aq ve ꝑfundit̄. Et cū
ante ſit frigida. tñ ferueſcit. vñ feruētia cūcta frigeſcunt
Uelut expirāte ergo illa gleba. deſcendēs ignis qui late-
bat appet. Ac deinde tanqꝫ morte ſic frigida ē. vt adie-
cta vnda nō ſit arſura. ⁊ quā calcē vocabam⁹ viuā. voce
mus extinctā. Quid eſt qđ huic miraculo addi poſſe vi-
deat̄. ⁊ tñ addit̄. Nā ſi nō adhibeas aquā ſꝫ oleū. quod
magis fomes ē ignis. nulla ei⁹ ꝑfuſiōe vel infuſiōe ferue
ſcit h miraculū ſi de aliq inclito lapide legerem⁹ ſiue au
direm⁹. ⁊ in noſtrū experimentū venire non poſſet. ꝑfecto
aut mendaciū putarem⁹. aut certe grādirer miraremur
Quaꝝ vero rerū ante oculos nr̄os quotidiana documē
ta ꝓſtant̄ nō genere minus mirabili. ſed ipa aſſiduitate
vileſcūt. ita vt ex ipa india que remota eſt ps orbis a no
bis deſierim⁹ nōnulla mirari. que ad nos potuerūt mi-
randa ꝑduci. Adamantē lapidē multi apud nos hñt.
⁊ maxime aurifices inſignitoreſqꝫ gemmarū. qui lapis
nec ferro nec igne nec alia vi vlla ꝓhibet̄ pter hyrcini ſan
guine vinci. Sed q eum habēt atqꝫ nouerūt. nunquid
ita mirant̄. vt hi quib⁹ potētia primū ei⁹ oſtēdit̄. qb⁹ au
tē nō oſtēdit̄. fortaſſe nec credūt. aut ſi creduli ī experimē
tant̄. Et ſi ꝯtigerit experiri. adhuc quidē mirant̄ inſolita.

Corpus hūanū in igne manere ⁊ nō ꝯburi nō ē īpoſſibile

Sed aſſiduitas expiẽdi paulatĩ ſubtrahit admiratõnis
incitamentũ. Magnetẽ lapidẽ nouim⁹ mirabilez ferri
eſſe raptorẽ. Qđ cũ primũ vidi vehemẽt inhorrui. q̇p-
pe cernebã a lapide ferreũ annulũ raptũ atz ſuſpenſum
Deinde tãq̃ ferro qđ rapuerat vim dediſſet. ſuã cõem-
q̃ feciſſet. i. annulus alteri admotus ẽ eundẽq̃ ſuſpẽdit
atz vt ille pori lapidi. ſic alter ãnulus pori annulo coherẽ-
bat. Acceſſit eodẽ mõ terti⁹. acceſſit ⁊ quart⁹. iãq̃ ſibi p
mutua circulis nexis nõ ĩplicatorũ intrinſec⁹ ſed extrin
ſecus adherẽtiũ q̃ſi cathena pepẽderat ãnulorũ. Quis
iſtã vim lapidis nõ ſtuperet. q̃ nõ ſolũ illi ĩhereat. verũ
etiã p tot ſuſpenſa trãſibat. ⁊ inuiſibilibꝫ vincul' ea ſub-
ligabat Et ſi argentũ inter lapidẽ illũ poſuerit. ⁊ ferruz
mouet eũ ĩmoto argento. Qñ aũt iux̄ magnetẽ poĩtur
adamas. ferrũ nõ rapit ſi cũ rapuerit. vt ei appropinq̃-
uerit. mox remittit. India mittit hos lapides. Verũtñ
ĩfideles hoĩes q̇ cũ diuina vl' p̄terita vl' futura miracu-
la p̄dicam⁹. q̃ illis experienda nõ valem⁹ oñdere. rõez a no-
bis eoꝝ flagitãt reꝝ quã qm̃ nõ poſſum⁹ reddere. Exce-
dũt eĩ vires mentis hũane. extimãt falſa eẽ qđ diam⁹.
Ipſi de tot mirabilibꝫ rebꝫ q̃s vl' videre poſſum⁹. vel
videm⁹. dñt reddere rõem. Qđ ſi ab hoĩe fieri nõ poſſe
ꝓuiderint. fatẽdũ eſt eis. nõ iõ aliq̇d nõ fuiſſe. vl' nõ fu-
turũ eẽ. q2 rõ inde reddi nõ põt. q̃ñq̇dẽ ſunt iſta de q̇b⁹
ſimilr nõ põt. Nõ itaq̃ pgo p plima q̃ mãdata ſũt lr̃is
nõ geſta atz trãſacta. ſz in locis q̇buſq̃ manẽtia. q̇ ſi quis
q̃ ire voluit ⁊ potuerit. vtrũ vera ſint explorabit. Sed
pauca cõmemoro. Agrigentinũ ſialie ſalẽ pbibẽt. cũ fue-
rit admot⁹ igni velut ĩ aqua flueſcere. cũ vo ipi aq̃ velut
in igne crepitare. Apud garamãtas q̃ndã fontẽ tã frigi-
dũ dieb⁹. vt nõ bibat. tã feruidũ nocte vt nõ tãgat. In
egypto aliũ fontẽ in q̃ faces vt in ceteris extinguũt accẽ-
ſe. ſed nõ vt in ceteris accẽdunt extincte. Aſbeſtũ archa-
die lapidẽ ꝓpterea ſic vocari q2 ſel' accẽſus iã nõ poſſit ex-
tingui. Poma in terra ſodomoꝝ gigni q̇dem ⁊ ad ma-
turitatis faciẽ pucire. ſz morſu p̃ſſu ve tẽptata ĩ fumũ ac
fauillã corio fatiſcẽte vaneſcẽ. Piritẽ lapidẽ pſicũ tenẽtẽ
manũ ſi vehemẽti⁹ p̃mat adurere. ꝓpter qđ ab igne nomẽ
accepit. In capadocia etiã vẽto eq̃s ↄcipe. eoſdẽq̃ fet⁹
nõ ampli⁹ triẽnio viuere. Tylen indie ĩſulã eo p̃ferri ce-
teris terris. q2 oĩs arbor q̃ in ea gignit. nunq̃ nudat te-
gmine folioꝝ. De his itaq̃ aliĩs ĩnũabilib⁹. q̃ hiſtoria ñ
factoꝝ atz trãſactoꝝ. ſz manẽtiũ locoꝝ ↄtinet. reddãt ra-
tõnẽ ſi pñt infideles iſti. q̇ nolũt dĩnis lr̃is credere. q̇d ali-
ud q̃ nõ dĩnas putãtes. eo q2 res hñt ĩcredibiles ſicẽ h̃
eſt vñ nũc agim⁹. Non enĩ inq̇unt admittit vlla rõ. vt
caro ardeat. ⁊ nõ abſumat doleat neq̃ moriat. Rõcina-
tores vicz magni. qui de omnib⁹ rebus quas mirabiles
eſſe conſtat. poſſint reddere rationẽ. rationẽ reddant de
his q̃ pauca poſuim⁹. q̃ proculdubio ea ſi ea eẽ neſciũt ⁊
ea eſſe futura diceremus multo minus crederent q̃z qđ
nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando eſſe
venturꝝ. Quis em̃ eoꝝ nobis crederet. ſi queadmodum
dicimus futura hominũ viua corpa. q̃ ſemp arſura atq̃z
dolitura. nec tñ aliq̃ñ moritura ſint. ita dicerem⁹ in fu-
turo ſeculo futurũ ſalẽ quẽ faceret ignis velut in aq̃ flu-
eſcere. eundẽq̃ faceret aqua velut in igne crepitare. ⁊ a-
lia de q̇bus. ſ. dictũ eſt. Hec in illo ſeculo qđ futuruz eſt
ſi diceremus futura. nobiſq̃ increduli rñderẽt. Si vul-
tis vt ea credamus. reddite de ſingulis rõem. Nos non
poſſe ↄfitemur. eo q2 in iſtis ⁊ ſilibus dei miris opibus
infirma mortaliũ rõcinatio vinceret. Fixã tamen apud
nos eſſe rõnem. nõ ſine rõne om̃ipotẽ facere. vñ anim⁹
humanus infirmus rationẽ nõ põt reddere. ⁊ in mul-
tis q̇dem rebus incertũ nobis eſſe q̇d velit illud tamen
eſſe certiſſimũ nihil eoꝝ ei eſſe impoſſibile q̇cunq̃ vo-
luerit. eiq̃ nos credere predicenti. quẽ neq̃ impotentẽ
neq̃ mentientẽ poſſim⁹ credere. Hi tñ fidei repħẽſores
exactoreſq̃ rõnis. q̇d ad iſta rñdent de q̇bus rõ ab ho-
mine reddi nõ poteſt. et tñ ſunt ⁊ ipi rationi nature vi-
dent eſſe ↄtraria. q̃ ſi futura eſſe dicerem⁹. ſil'r a nob ſicẽ
eoꝝ que futura eſſe dicim⁹. ab infidelibꝫ rõ poſcerent. ac
per hoc cũ in talibus operib⁹ dei deficiat ratio cordis
⁊ ſermonis humani ſicut iſta. nõ ideo nõ ſunt. nõ iõ eti-
am illa nõ erunt. qm̃ ratio de vtriſq̃ ab hoĩe nõ poteſt
reddi. Refert in. c. vi. idẽ Augu. q2 in litteris gentiliũ re-
periẽ. ſ. eſſe quoddã fanũ veneris. atq̃ ibi candelabrꝫ
⁊ in eo lucernã ſub diuo ſic ardentẽ. vt eam nulla tem-
peſtas. null⁹ imber extinguat. vñ lucerna inextinguibil'
noĩata eſt. Circa hmõi dicit q2 nõ habem⁹ neceſſe crede-
re om̃ia q̃ hiſtoria ↄtinet gentiliũ. cũ ⁊ ipi inter ſe hiſto-
ria ſicut ait Varro. q̃ſi data opa ⁊ quaſi ex induſtria p
multa diſſentiãt. Sz ea ſi volumus credim⁹ q̃ nõ aduẽ-
ſant libris q̇bus nõ dubitam⁹ oportere nos credẽ. De
iſto g̃ fano veneris ⁊ lucerna inextinguibili nõ ſolũ in
multas coartamur anguſtias. veꝝ etiã latitudinis no-
bis camp⁹ aperit. ſ. ad reſpõdẽdũ. Addim⁹ em̃ ad iſtã
lucernã inextinguibilẽ ⁊ humanoꝝ ⁊ magicaꝝ. i. per ho-
mines demoniacoꝝ artiũ. ⁊ ipoꝝ per ſeipos demonuz
multa miracula q̃ ſi negare voluerim⁹. eidẽ ipi cui cre-
dimus ſacrarũ lr̃aꝝ aduerſabimur veritati. Aut ergo ĩ
illa lucerna mechanicũ aliq̇d de lapide aſbeſto ars hũa-
na mollita eſt. aut arte magica factũ eſt. q2 hoĩes illo mi-
rarent in templo. Aut demõ quiſpiã ſub noĩe veneris tã-
ta ſe efficacia p̃ſẽtauit. vt hoc ibi ꝓdigiũ ⁊ appareret ho-
minibꝫ ⁊ diutius pmaneret. Illiciunt aũt demones ad
inhabitandũ p creaturas. quas nõ ipe ſed deus condi-
dit. Ut aũt alliciant ab hominibꝫ. ꝑus eos ipi aſtutiſſi-
ma calliditate ſeducũt. vel inſpirãdo eoꝝ cordibꝫ virus
occultũ. vel etiam fallacibꝫ. amicitiĩs apparẽdo. eoꝝũq̃
paucos diſcipulos ſuos faciunt plurimoꝝũq̃ doctores.
Neq̃ em̃ potuit niſi prius ipis docentibꝫ diſci. q̇d quiſ-
q̃ illoꝝ appetat. quid exhorreat. q̃ innitet nomine. quo
cogat. vnde magice artes eoꝝũq̃ artifices extiterũt. Ma-
xime aũt poſſident corda mortaliũ. q̃ potiſſimũ poſſeſ-
ſione glorient. cũ ſe trãſfigurãt in angelos lucis. Sunt
ergo eoꝝ facta plurima. que q̃to magis mirabilia con-
fitent. tãto cautius vitare debem⁹. Sed ad h̃ vñ nunc
agim⁹ nobis etiã ipa pficiunt. Si em̃ h̃ ĩmundi demo-
nes poſſunt. q̃to potentiores ſunt angeli ſancti. Quan-
to potentior his om̃ibꝫ deus qui tantoꝝ miraculorum
effectores etiã ipos angelos fecit. De magis pharaonis
ſeu maleficiis ſcriptura dĩna fatet. De quadã femina q̃
tali arte pollebat nobilis poeta dicit. Hec ſe carminib⁹
ꝓmittit ſoluere mẽtes. Quas velit ab aliĩs duras ĩmit-
tere curas. Siſtere aquã fluuiĩs. ⁊ vertere ſidera retro.
Nocturnoſq̃ ciet. manes mugire videb̃. Sub pedibꝫ
terrã. ⁊ deſcendere mõtib⁹ ornos. Quãto magis deus po-
tens eſt facere q̃ infidelib⁹ ſunt incredibilia. ſed illius fa-
cilia poteſtati. qñ q̇dem ipe lapidũ aliaꝝq̃ vim rerum
⁊ hominũ ingenia. q2 ea miris ẏtutũ mobis angelicaſ-
q̃ naturas om̃ibus terrenis potẽciores animãtib⁹ con-
didit vniuerſa mirabilia. mirabili vincere virtute ⁊ o-
perãdi. iubendi. ſinendiq̃ ſapia vtens oĩbus tã mira-
biliter q̃z creauit. Cur igit facere nõ poſſit deus. vt r̃ſur-
gant corpa mortuoꝝ. ⁊ igne eterno crucient corpa dam-
natoꝝ. q̇ fecit mundũ in celo. in terra. in aere. in aq̇s. in-
numerabili⁹ miracul' plenũ. cũ ſit oĩbus quib⁹ plen⁹ eſt
ꝓculdubio maius et excellenti⁹ etiã mũdus ipe miracu-
lũ. In. c. vii. idem. Sed iſtis cũ q̇bus vel ↄtra q̇s nunc
agimus. q̇ ⁊ deũ eẽ credunt. a q̃ factus eſt mũd⁹. quã-
do in eis reꝝ vim mirabilẽ ꝓponim⁹ aliaꝝ. que nec ani-
malia ſunt rõnalia. nec vlla rõne prediti ſpũs. ſicut ſũt
ea quoꝝ pauca cõmemorauim⁹. reſpõdere aſſolẽt. Vis

eſt iſte nature. Natura coꝝ ſic ſe habet. ꝓpriaꝝ ſunt iſte efficacie naturarū. Tota itaqꝫ ratio eſt. cur agrigentinū ſalem flamma fluere faciat aqua crepitare. qꝛ hec eſt natura eiꝰ. ⁊ hoc eſſe potiꝰ ꝯtra naturā videꝛ q̄ nō igni ſed aque dedit ſalē ſoluere. torrere āt igni nō aque. Sꝫ iſta inquiūt ſalis huiꝰ naturalis eſt vis. vt his ꝯ̄ria patiaꝝ. Hec igiꝝ ratio additꝝ ⁊ de fonte illo garamātico ⁊ alijs d̄ quibus dictū eſt ſupra. Quibꝫ licet vis īſolita ꝯtra naturā ineſſe videaꝝ. alia tn̄ de illis nō redditꝝ ratio. niſi vt dicaꝝ hanc coꝝ eſſe naturā. Breuis ſane iſta eſt ratio fateor ſufficiēſqꝫ reſponſio. Sꝫ cū deus ſit auctor naturarū omniū. cur voluit fortiorē nos reddere rōnem. qn̄ aliq̄d velut impoſſibile nolūt credere. eiſqꝫ redditionē rationis poſcentibꝫ. rn̄demus hanc eſſe voluntatē omīpotentis dei. Qui certe nō ob aliud vocaꝝ omīpotens niſi qm̄ quicq̄d vult pōt. Qui potuit creare tā multa q̄ niſi oſtenderenꝝ ꝑfecto impoſſibilia putarenꝝ. nō ſolum q̄ ignotiſſima apud nos verū etiaꝫ que notiſſima poſui. Nec em̄ volo temere credi. cuncta q̄ poſui qꝛ nec a meipſo ita credunꝝ. tanq̄ꝫ nulla de illis ſit in mea cogitatōe dubitatio exceptis illis q̄ vel ipe ſum expertus. ⁊ cuiꝰ facile eſt experiri ſicut de calce que feruet in aqua in oleo frigida eſt. De magnete lapide trahēte ferrū. De carne pauonis nō putreſcēte. De palea ſic frigēte. vt n̄ ſinat fluere niuē. Sic calente vt matureſcere poma compellat. De igne fulgido candeſcēte lapideſ. ſ. calcis. ⁊ obfuſcare que vrit. De carbonibꝫ ⁊ oleo ⁊ argento de q̄bꝫ ſupra. Cetera aūt ſic habeo. vt neqꝫ neganda neqꝫ affirmāda decreuerim. Que aūt melior ⁊ validior rō de rebꝫ talibus redditꝝ. q̄ꝫ cum oīpotens deuſ ea facere poſſe ꝓhibeꝝ. ⁊ facturus dr̄ que ꝓnunciaſſe ſibi legiꝝ vbi alia m̄ta ꝓnunciauit. q̄ feciſſe monſtraꝝ. Ipe q̄ppe faciet. qꝛ ſe facturuꝫ ēe ꝓdixit. q̄ impoſſibilia putanꝝ. q̄. ꝓmiſit ⁊ fecit vt ab incredulis gentibꝫ incredibilia redderenꝝ. Si aūt rn̄dent ſe ꝓpterea nō credere. q̄ humanis ſemꝑ arſuris ne vnq̄ꝫ morituriſ corꝑibꝫ dicimus. qꝛ humanoꝝ corꝑorū naturā nouimꝰ longe alr̄ inſtitutā. Vn̄ nec illa ratō hinc reddi poteſt. q̄ de illis naturis mirabilibꝫ reddebaꝝ. vt dici poſſit. Vis iſta naturalꝭ eſt rei huiꝰ. Iſta natura eſt quā ſcimꝰ humane carnis iſtā nō eſſe naturā habemꝰ. q̄dem q̄d rn̄deamus de ſacris lr̄is. Hāc ipam. ſ. humanā carnē aliter inſtitutā fuiſſe ante pctm̄. ſ. vt poſſet nūq̄ꝫ mortē perpeti fuiſſe ante pctm̄. Aliter aūt poſt pctm̄ q̄lis eſt erūna huiꝰ mortalitatis īnotuit. vt ꝑpetē vitam tenere nō poſſet. Sic ḡ aliter q̄ꝫ nobis nota eſt. inſtituetur in reſurrectōe mortuoꝝ. Sꝫ qm̄ iſtis nō credūt lr̄is ſcꝫ ſacris. vbi legiꝝ qualis ī paradiſo vixerit homo. De lr̄is coꝝ qui doctiſſimi apud eos fuerūt aliq̄d ꝑferēdū eſt q̄ appareat poſſe fieri vt aliter ſe habeant q̄qꝫ res q̄ꝫ ꝑus in rebꝫ innotuerat ſue determinatōe nature. Eſt in marci varonis libris. q̄rum inſcriptio eſt de genere populi romani. q̄d eiſdē v̄bis ibi legiꝝ. ⁊ hic ponā. In celo inquit mirabile extitit portentū. Nā ſtella veneris nobiliſſima quā plautꝰ veſꝑuginē. homerꝰ heſperon appellat pulcerrimā dicēs. Caſtor ſcribit tantū portentū extitiſſe vt mutaret colorē. magnitudinē. figurā. curſuꝫ. q̄d factū neqꝫ antea nec poſtea fuit. Hoc factū ogitho rege dicebāt ad raſtos. cicenos. ⁊ dyonea polites mathematici nobiles. Hoc certe varro tantꝰ auctor portētū n̄ appellaret niſi eſſe ꝯtra naturā videreꝝ. Oīa q̄ppe portenta ꝯ̄ naturā dicimus eſſe ſꝫ nō ſūt. Quō em̄ eſt ꝯ̄ naturam q̄d dei fit volūtate. cū volūtas tāti vtiqꝫ ꝯditoris ꝯdite rei cuiuſcūqꝫ natura ſit. Portentū ergo ſit nō contra naturā. ſed ꝯ̄ quā eſt nota natura. Quis em̄ portentoꝝ numerat multitudinē q̄ hiſtoria gentiū ꝯtinet. Sꝫ nunc in h̄ vno attendamus. q̄d ad rē de qua agimꝰ ꝑtinet. Quid ita diſpoſitū eſt ab auctore celi ⁊ terre quē admodum curſus ordinatiſſimus ſyderum. Quid tam ratis legibus ratiſqꝫ firmatū. ⁊ tamen qn̄ ille voluit q̄ ſūmo regit imꝑio ac ꝑtāte q̄d condidit. ſtella p̄ ceteriſ magnitudine ac ſplendore notiſſima. colorē. magnitudinē. figurā. ⁊ q̄d eſt mirabiliꝰ ſui curſus ordinē legēqꝫ mutauit. turbauit. Sed hoc de lucifero ſtella contigit nec antea nec poſtea ꝯtigiſſe dicūt. Nos in diuinis libris legimus etiā ſolē ipm̄. cum h̄ a dn̄o petiuiſſet vir ſanctuſ Jeſus naue. donec ceptū ꝑlium victoria terminaret. Et retrorſum rediſſe vt regi ezechie. xv. anni ad viuendum additi. Hoc etiā prodigio dei ſignificarenꝝ adiūcto. Sꝫ quoqꝫ miracl̄a que meritꝭ ſunt ꝯceſſa ſctoꝝ qn̄ credūt iſti facta magicis artibꝫ tribuūt. Vn̄ eſt illud q̄d. ſ. cō memoraui virgilij. Siſtere aquā flumīs. ⁊ vertere ſidera retro. ſ. quēdā magū facere. Nā fluuiū ſtetiſſe ſupius inferiuſqꝫ fluxiſſe. factū eſt ſub ieſu naue. ſ. in iordane. et ab helya et heliſeo. ⁊ de mario ſidere. ſ. ſolis reuerſo ſub ezechia rege dictū eſt. Nō ergo de noticia naturaꝝ caliginē ſibi faciāt infideles. quaſi nō poſſit in aliq̄ re diuinitꝰ fieri aliud. q̄ꝫ in eiꝰ natura ꝑ humanā ſuā experientiam cognouerūt. q̄ꝫuis ⁊ ipa que in reꝝ natura omībꝫ nota ſunt. nō minꝰ mira ſūt. eſſentqꝫ ſtupēda ꝯſiderantibꝫ cunctis. ſi ſolerēt hoīes mirari mira nō rara. Quiſ em̄ ꝯſulta ratōe nō videat in hoīm innumerabili nūoſitate ⁊ tanta in nature ſilitudine. valde mirabilr̄. ⁊ ſic habere ſinglo̾s ſingulas facies. vt niſi inter ſe ſiles eſſent nō diſcernereꝝ ſpecies coꝝ ab aīalibꝫ ceteriſ. ⁊ rurſus niſi inter ſe diſſimiles eſſent. nō diſcernerēꝝ ſinguli ab hominibꝫ ceteris. Quos ḡ ſiles ꝯfitemur. diſſimiles inuenimus. Sꝫ mirabilior eſt ꝯſideratio diſſimilitudinis. Sicut ḡ nō fuit impoſſibili deo quas voluit inſtituere. ſic ei nō eſt impoſſibile in q̄d voluerit. q̄s inſtituit mutare naturas. Nobis tn̄ iſta q̄ velut ꝯtra naturā fiūt. et ꝯtra naturā fieri dicunꝝ. q̄ more hoīum locutus eſt. Et aplſ dicendo ꝯtra naturā in oliua inſitū oleaſtrū. factū eſt ꝑticipem pinguedīs oliue. Et q̄ monſtra oſtēta. portenta ꝓdigia. nuncupanꝝ hoc mōſtrare dn̄t hoc oſtēdere vel portendere. hoc ꝓ̄dicere q̄d facturꝰ ſit deus. q̄ de corꝑibus hoīm ſe ꝓnunciauit eſſe facturū nulla impediente difficultate. nulla p̄ſcribēte lege nature. Nō igiꝝ de ſempiterno ſupplicio dānatoꝝ. ſ. ignis ſuū ꝓpheta ſcꝫ Eſayā. dn̄s dixit fiet oīno. Vermis coꝝ nō morieꝝ. ⁊ ignis coꝝ nō extingueꝝ. Ad hoc em̄ vehementiꝰ ꝯmendandū etiā dn̄s Jeſus cū mēbra q̄ hoīem ſcādaliſāt ꝑ his hominibꝫ poneret q̄s v̄e ſua mēbra q̄s diligit. eaqꝫ ꝑciperet amputari. Bonū eſt inq̄t debilē introire in vitā q̄ꝫ duas manus habentē mitti in gehennā. i. in ignē extinguibilē. vbi vermis coꝝ nō moriꝝ. ⁊ ignis coꝝ nō extinguiꝝ. Silr̄ de pede ⁊ idem oculo dixit. Non em̄ piguit vno loco eadē verba ter dicere ꝓut. ſ. refert marcuſ euāgeliſta. Quē nō terruit iſta repetitio ⁊ illiꝰ pene cōminatio tā vehemēs ore diuino. Et in veteribꝫ ſcripturis. Vindicta carnis impij. ignis ⁊ vermis. Eligat quiſqꝫ q̄d placet. aut ignē corꝑi. vermē animo. hoc ꝓprie. illō tropice. aut vtrūqꝫ proprie corꝑi. iā em̄ ſatis ſupius diſputaui poſſe animalia in igne viuere. ⁊ in vſtione ſine conſumptōe. ⁊ in dolore ſine morte. per miraculū omipotentiſſimi creatoris. Cui h̄ poſſibile eſſe qui negat. a q̄ ſit q̄cquid in naturis omībꝫ hoc miratꝰ ignoratꝰ. Ipe eſt em̄ deus. q̄ oīa in hoc mūdo magna ꝑua miracula q̄ ꝯmemorauimꝰ. ⁊ incōꝑabiliter pl̄a q̄ nō ꝯmemorauimus fecit. eadēqꝫ ipo mūdo vno atqꝫ oīm maximo miraculo īcluſit. Et īfra in. c. x. Gehēna illa q̄ ſtagnū ignis ⁊ ſulphuris dicta eſt corꝑeus ignis erit. ⁊ cruciabit corpora dānatorū aut hoīm ⁊ demonū. Solida hoīum. aerea demonū. Aut tantū hoīm corꝑa cū ſpiritibꝫ. i. aīabus coꝝ. Demōes aūt ſpūs ſine corꝑibꝫ herētes ſumē

do penā. nō impartiendo vitam corꝑalibus. Hec oīa b. Aug. Qḋ aūt dicit de corꝑibus demonū ſm opionē aliq̄rū loquit̄ nō aſſertiue. vnḋ a modernis nō tenet̄. ꝙ demones hn̄t corꝑa vnita ſibi.

## Ultra cruciatū ignis. §. V.

quo corꝑa dānatorū poſt iudiciū torq̄bunt̄. erūt ipſorū corꝑorū miſerie alie ⁊ pene. Quarū pria eſt oīmoda infirmitas. Erūt corꝑa illa infirma intus ⁊ extra. Job xx. Arrabit̄. ſ. extra. ⁊ eſtuabit. ſ. itra ⁊ oīs dolor irruet ſuꝑ eū. Un̄ pōt de q̄libet trāgreſſore mādatorū dei ⁊ iō dānato. illḋ Deut̄. xxviij. verificari. Percutiet te dn̄s egeſtate febre ⁊ frigore. ardore ⁊ eſtu. aere corrupto. ac rubigine. Et paulop⁹ ꝑcutiet te dn̄s vlcere egipti. ſcabie ⁊ prurigine. amētia. ⁊ cecitate. ⁊ furore mētis. Augebit de⁹ plagas tuas magnas ⁊ ꝑſeuerātes infirmitates peſſimas ſꝑpetuas. ⁊ couertet ī te oēs afflictiōes egipti q̄s timuiſti et adherebūt tibi. Scḋa miſeria illorū corꝑorū ē dformitas eorū. Sicut eñ ignis noſter cū ſit formoſus. oīa que lambit ⁊ tangit etiā lucida ⁊ decora. deturpat ⁊ denigrat. ita ignis inferni. ⁊ mltomagis cū ſit obſcurus dnigrat ⁊ deturpat corꝑa illa. Treñ. iiij. Denigrata ē ſuꝑ carbones facies eorū ſcʒ reꝓborū. ⁊ nō ſunt agniti ī plateis hierlm ſcʒ ſuꝑne. immo ab ea excluſi. Si eī ethiopes ſūt ita nigri ꝓpter calorē ſolis intēſuʒ ī illa patria. q̄ztomagis corꝑa dānatorū ab illo igne. Et ſi ignis q̄ dr̄ ſancti Antonij ita deturpat mēbra hūana q̄ztomagis ille ignis inferni. cū ille ſit vmbra. vl̄ ſignū eius. Un̄ dicē pt q̄libet dānat⁹ illud Job. xxx. Cutis mea dnigrata eſt. ⁊ oſſa mea aruerūt chaumate. Tertia miſeria ē fetoris q̄litas. Job. xxv. Si aſcenderit vſq3 ad celos. ⁊ caput eius nubes tetigerit ſcʒ in mūdo ꝑ dignitates ⁊ dnia reꝓbus. q̄ſi ſterquiliniū in fine ꝑdetur ſcʒ in inferno. Nec mirū ſi fetor nimi⁹ ibi erit. vbi ſunt tot trūci putridi. q̄ defixi fuerāt et tot cadauera de fecib⁹ inferni. vbi oēs ſordes mūdi ꝯgregantur. tanq̄ʒ in ſentina ⁊ latrina toti⁹ mūdi. Un̄ eſa. xiiij. dicit̄ q̄ſi ſtirps inutil' fame pollut⁹ ⁊ inuolut⁹ cū his qui infecti ſunt gladio ſcʒ diuine ſn̄ie. ⁊ deſcenderūt vſq3 ad fundamēta laci. i. in ꝓfundū inferni q̄ſi cadauer putridū nō hēb ꝯſortiū. Et eſa. xxxiiij. De cadaueribꝫ eorū aſcendit fetor. Cadauer q̄ꝫuiſ ꝓprie dicat̄ corpus ſine aīa. tn̄ aliq̄n etiam dicitur corpuſcū anīa. cuʒ videlicet eſt infirmū ⁊ fetidū. Et apoc. xiiij. dicit̄ de dānatis. cruciabūt̄ in igne ⁊ ſulphure. ⁊ aſcēdet fetor tormētorū et fum⁹ tormētorū ī ſcl'a ſecl'orū. Fum⁹ ſulphuris mltū fetet. Qui ḡ hic q̄rūt ſuaues odores florū muſcati ⁊ hmōi cogitēt diligēter tm̄ ibi ꝯtinuū fetorē. Quarta miſeria ē inutilitas mēbrorū ⁊ impotētia. Nō eñ poterūt ſe mouere ad aliquid agendū. vl̄ ſe elongare a reb⁹ affligētibus eos. vnde qḋ dictū fuit de eo q̄ venit ad nuptias regis ſine veſte nuptiali. Ligatis manibꝫ ⁊ pedib⁹ mittite in tenebras exteriores. Mat. xxij. hic ē q̄cūq3 in nuptijs ſpūalibus eccl'ie nō manet ī caritate. q̄ ē veſtis nuptialis. nō cōpatiēs ſecū aliqḋ mortl'e. cui ī inferno ligātur man⁹ ⁊ pedes. i. poteſtas tollit̄ aliquid bn̄ opaudi et volūtatis effectus. Et iō bene dicit. Eccleſ. ix. Quodcūq3 pōt manus tua inſtāter opare quia nec op⁹ nec rō nec ſapīa nec ſciētia valēt apud īferos. q̄ tu ꝓperas. Certe ſi q̄s manerʒ diu ī lecto ſatis molli ⁊ plumoſo. nec poſſet ſe mouere etiā ī capite vnius diei valde anguſtiaret̄. Quid ergo vbi eſt ignis fetor ⁊ tenebre. Quīta miſeria ē vermium corroſibilitas. Eſa. vltio. Vermis eorū nō morict̄. Et q̄ꝫuis vermis iſte cōmūiter exponatur de ꝯſcientia cōtiue remordente brūs. Aug. tn̄ nō negat q̄n et de verme materiali poſſit ītelligi. corꝑa dānatorū corrodente abſq3 cōſūptiōe. Et ſi dicat̄ quō vl' de q̄ ibi viuūt. poſſet dici ſic ignis ibi ardet ſine materia nob̄ nota

nec deficit. ſic ⁊ vmis corꝑa dānatorū p⁹ iudiciū affliget. nec deficiāt. Eſa. xiiij. dr̄. Subter te ſternet̄ tinea ⁊ opertimentū tuū erunt vermes. Abacuc. ij. Nunq̄d conſurgent repente q̄ mordeant te. ⁊ ſuſcitabunt̄ lacerantes te. Item Eccī. xl. Hec parata ſunt impijs. ignis. grādo. fames mors. inſuꝑ ſcorpij ⁊ ſerpentū ⁊ rumphea. Sexta eſt nuditas ⁊ luctus. Ezechie. xvij. Ecce congregabo amatores tuos. ⁊ quos oderas ⁊ nudabo ignomiā tuā corā eis. ⁊ videbūt oēm turpitudinē tuā. Et Eſa. xx. Sicut ambulauit eſayas ſeruus me⁹ nudus ⁊ diſcalciat⁹ trium annorum ſignum ⁊ portentū erit ſuꝑ egiptū et ethiopiā. Sic minabat rex aſſyriorū ſcʒ diabol⁹ captiuitatē egipti ⁊ tranſmigrationē ethiopie. i. malos xp̄ianos ⁊ infideles in morte. iuuenē ⁊ ſenē. nudum ⁊ diſcalciatū. diſcoopertis natibꝫ. De planctu xp̄s. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Et Apoc. j. videntes ⁊c. plāgant ſe ſuꝑ ſe. Adde qḋ ē ſupra ḋ igne. Et ſic ſt̄. vij. q̄ ad corꝑa.

## De diuturnitate pe. §. VI.

ne infernalis. ſ. ꝙ ſit eterna. i. ꝑpetua nō hn̄s finem et ſi principiū habuerit. i. ab initio mundi pata dicit veritas ipa q̄ mētiri nō pt incarnata. De reprobis in finali iudicio in anima ⁊ corꝑe reaſſumpto ꝯdemnādis. Ibunt hi in ſuppliciū eternū. Juſti aūt in vitā eternā. Math. xxv. Qḋ ſuppliciū ipē pus declarauerat in ſua ſn̄ia. cū dicet eis. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū. q̄ paratus eſt diabolo ⁊ angel' ei⁹. In q̄bus vbis oſtendit̄ ⁊ pena damni in ſubtractōe diuine viſionis. Diſcedite in quiēs a me. ⁊ pena ſenſus. i. detentōis in igne. q̄ eternus dr̄. q̄r finē nō habet cruciat⁹ ille ac ſocietas eorū ſcilʒ demonū cruciantiū eos. Et certe horrendū eſt ⁊ valde expaueſcendū ꝯſiderare penā illā acerbiſſimā incōpabil'r ſuꝑ oēs penas vite pſentis ſemꝑ ſuſtinendā ab ill' miſeris. de quo ⁊ certi ſunt. haberēt aūt ꝓ maxīa gratia et ſummo bn̄ficio. vt in illis penis eſſent tot ānis quot ſūt granule harene maris ⁊ gutte aque ei⁹. q̄r ⁊ ſi a nob̄ numerari nō pn̄t p̄ multidine. a diuina tn̄ ſapiētia numerant̄ q̄ oīa ꝯſtituit in pondere. numero. ⁊ mēſura. ⁊ finē vtiq3 aliq̄n haberēt. ⁊ ſi poſt temp⁹ longiſſimū ⁊ q̄ſi infinitū. Et ideo cū tēptatio viget. ꝯſideranda eſt illa ꝑpetuitas pene ⁊ timēda. q̄r ſi momentaneū ē qḋ delectat. eternū tn̄ qḋ cruciat. ait. b. Greg. Et q̄s vnq̄ʒ fuit qui ſi ſciret poſt delectationē qualēcunq3 etiā diu duraturaʒ ꝓpter eā in ignē mittendū. ⁊ penā ibi grauiſſimā toleraturū diu. ⁊ ſi nō ſemꝑ. vellet illā nō conſequi. certe null⁹. Sed ⁊ ſi pene tꝑales infirmitatū. ꝑſecutionū. detractionū. ꝯtumeliarū. iniuriarū. flagellorū. exiliorū. pauptatum ⁊ hmōi. ita dure ſunt ⁊ graues hoībꝫ. oīa patiētiſſime toleranda ſunt. vt euadant̄ cruciat⁹ eterni. Sʒ notādū ꝙ circa hmōi diuturnitatē penarū malorū in alio ſeculo. fuerūt diuerſe opīones ſeptē. ſcʒ plene tn̄ erroribus ⁊ hereſim ſapientibꝫ. q̄s reprobat. b. aug. in. xxi. de ciui. dei. c. xiij. ⁊. c. xvij. cū ſequētibus. Platonici q̄ppe q̄ꝫuis impunita nulla velint eſſe peccata ait idē. tn̄ oēs pēas emēdatōi adhiberi putant. vel humanis inflictas legibus vel diuinis ſiue in hac vita ſiue poſt mortē. Hinc ē maronis illa ſn̄ia in. vi. vbi cū dixiſſet de terrenis corꝑoribꝫ moribundiſq3 mēbris. ꝙ anime hinc metuūt. cupiunt gaudētq3 dolētq3. Nec auras ſuſcipiūt clauſe tenebris ⁊ carcere ceco. Et poſtea ſubdit. Ergo exercent̄ penis ſcʒ varijs. per quas purgate reuertunt̄ ad corꝑa ſed falſum eſt hoc ⁊ ꝯtra doctrinā xp̄i dicentis. Ibūt hi. ſ. mali in ſuppliciū eternū. ⁊ de quodā genere pcī ipē etiā ait ſcʒ blaſphemia in ſp̄m ſcm̄ ꝙ nō remittet̄ ei neq3 in h̄ ſecl'o neq3 in futuro. Mat. xij. Qḋ ad litterā verū eſt de q̄libet impenitēte hic migrāte. Alij ex xp̄icolis dixerūt oēs malos poſt penas īfernales toleratas certo tem

pore. demū miſericordia dei liberādos ex illis penis. Et
vt dicit btūs Aug. In hac re miſericordior fuit origenes
q̄ z ipm̄ diabolū z angelos ei⁹ poſt grauiora ꝑ meritis
z diuturniora ſupplicia ex illis cruciatibꝫ eruendos z ſociā
dos ſāctis angel' credidit. Sꝫ illū z ꝓpt h̄ z ꝓpt alia nnul
la. z maxīe ꝓpter alternātes ſine ceſſatōe btitudīes z mi
ſerias. z ſtatutis ſcloꝝ interuallis ab iſtis ad illas. atq̄
ab illis ad iſtas itus z redit⁹ intermiābiles nō īmerito
reprobauit ecclia. Qui z hoc qđ miſericors videbat̄ a⸗
miſit. faciēdo ſctis veras miſerias q̄bus penas luerent
z falſas btitudines in q̄bꝫ verū ac ſecurū. h̄ eſt ſine tio⸗
re. certū ſempiterni boni gaudiū nō hērent. Hec. b. aug.
Et aperte reprobat̄ talis falſitas ex v̄bis illis. Diſcedite
a me maledicti in ignē eternū. q̄ patus eſt diabolo z an
gelis ei⁹. Et ibūt hi in ſuppliciū eternū zč. Alij dixerūt
oēs hoīes. nō aūt demones ſꝫ hoīes tm̄. infideles etiā et
malos xp̄icolas poſt ſupplicia tolerata. inferni vſq̄ ad
finē mūdi. demū in iudicio finali reſurgētes de⁹ donabit
eos. z eruet a penis. ꝑcibꝫ ſanctoꝝ ſuoꝝ. Si eīm ipi ſan
cti cū h̄ viuerēt cū egebāt z ꝓ ſe dn̄m exorare ex caritate
etiā ꝓ ipis inimicis ſuis deū exorabāt. vtꝫ de ſtephano
z alijs. q̄to magis orabūt ꝓ eis. cū viderīt eos hūiles ſup
pliceſq̄ ꝓſtratos. Neq̄ ei credendū ē aiūt iſti ſctōs tunc
oblitos miſc̄die viſcera amiſſuros. cuꝫ fuerīt pleniſſime
atq̄ ꝑfectiſſie ſanitatis. Nec eos de⁹ tūc ñ exaudiet tot z
tales filios ſuos. qñ in tāta eoꝝ ſctītate nullū orōnis in
eis īueniet īpedimtū. Allegāt ꝓ ſe iſti illđ pš. lxxvi. Nū
q̄d obliuiſcet̄ miſereri de⁹. aut ꝯtinebit in ira ſua miſe⸗
ricordias ſuas. q. d. nō. Ira ei⁹ eſt dicūt vt oēs īdigni be
atitudine ſpiterna. ip̄o iudicāte pūiant̄ ſupplicio ſem⸗
piterno. Sꝫ in hac ira nō ꝯtinebit de⁹ miſericordias ſu
as. q2. ſ. liberabit eos dicūt iſti. Inducūt z autoritatē a⸗
poſtoli dicētis. Cōcluſit de⁹ oīa ſub pctō vl' infidelitate.
vt oībꝫ miſereat̄ q̄ſi ſignificaret ꝑ h̄ neminē ab eo dam⸗
nandū ꝑpetuo. Qđ aūt xp̄s ꝓmiſit mal' ignē eternum.
Dicūt h̄ feciſſe ad incutiendū timorē. vt magis hoīes a
vicijs abſtineāt. nec in h̄ eſſe mendacē. q2 ītelligit̄ ex de⸗
meritis q̄dem eoꝝ. q̄tum erat in eis ꝑpetuo cruciādos.
ſꝫ in rōne miſeratōis dīne quā ꝯſeq̄nt̄. tūc humilr̄ ſup⸗
plicātes eā z ſanctis ꝓ eis exorātibꝫ. Sić de niniue p̄dice
re fecit eſſe ſubūtendā. qđ vtiq̄ erat ī merito malicie eo
rū. nō in dīna miſc̄dia. Sꝫ opīo iſta etiā falſa eſt z he⸗
retica. Q2 in inferno nulla eſt redēptio. z falſuꝫ ē q̄ ſācti
tunc orēt ꝓ eis. Sꝫ ſi ad ſctōs reprobi ꝓ eoruꝫ ſuffragio
accederēt. diceret̄ eis. qđ prudētes v̄gines fatuis dixerīt
poſtulātibꝫ de oleo eaꝝ. Ne forte nō ſufficiat nob z vo⸗
bis. ite poti⁹ ad vendētes zč. Mat. xxv. Et Pš. xlviij.
Dn̄abunt̄ eoꝝ ſcꝫ reproboꝝ iuſti ī matutino. ſ. finali iu
dicio z auxiliū eoꝝ veteraſcet in inferno a gl'ia eoꝝ. q2. ſ.
nō ꝑcipiēt auxiliū. Sꝫ letabit̄ iuſtus cū viderit vīdictā
id ē punitōeꝫ reproboꝝ. nō q̄dē de pena eoꝝ. ſꝫ de iuſti⸗
cia dei eos punietis. vt decet z de ſua liberatōe ab illis
penis nec eſt verū q̄ eos peniteat. Qđ pš. ait. Nō cōti⸗
nebit de⁹ in ira ſua miſc̄dias ſuas q̄ ad dānatos. Sic ī
telligendū eſt q̄ etiā aliq̄ mō vtet̄ mīa ad eos. nō q2 li⸗
berabit a penis. ſꝫ q2 nō tm̄ patient̄. q̄tū meruerūt ma⸗
lū. z ſi īmēſ⁹ ſit cruciat⁹ eoꝝ ſꝫ aug. l' ēt ſꝫ aug. pt intelli
gi q̄ cū de⁹ iraſcat̄ pctōribꝫ ꝓpter ſcelera ſua eos mltiplr̄
puniēdo. vt totū gen⁹ humanū ꝓpter p̄mā trāſgreſſiōeꝫ
q̄ deriuata eſt ad oēs. ꝓpter quā patimur miſerias vi⸗
te p̄ſentis z mortē. vel alia etiā flagella ꝓpter actualia a
nobis addita. tñ in iſta ira nō ꝯtinet mīas ſuas. q̄n ſa⸗
cramēta z doctrinā oībus proponat. z tp̄alia bona z na
turalia ꝯcedat mal' ſicut z bonis. Autoritatē etiam apl'i
male ītelligunt. Unđ beat⁹ Aug. Deos z gentiles z iu⸗
deos q̄s p̄ſciuit z p̄deſtinauit ꝯformes imaginis filij ſui
oēs in infidelitate concluſit. vt de amaritudine infideli⸗

tatis ſue penitendo ꝯfuſi z a dulcedine miſericordie cō
uerſi credēdo clamarēt. q̄ magna mltitudo dulcedinis
miſericordie tue zč. Omniū itaq̄ miſeret̄ vaſoꝝ miſeri
cordie. Dim. i eoꝝ qui ex gentibꝫ et eoꝝ q̄ ex iudeis ab
eo vocati ſunt. iuſtificati et gl'ificati. Nō igit̄ omniū ho
minū. ſꝫ iſtoꝝ oīm neminē dānabis. Alij dixerūt non
oēs hoīes malos. ſed tm̄ eos q̄ baptiſma xp̄i ſuſceperīt.
quōcunq̄ male vixerint in hereſi vel q̄cunq̄ impietate
perire demū z dānari nō poſſe. Ad qđ ꝓbandum indu
cunt autoritatē xp̄i dicentis Joh. vi. Ego ſum panis vi⸗
